





Q. D. B. V.  
DISSE<sup>1309</sup>  
TATIO IVRIDICA IN AVGVRALIS  
DE  
**QUALITATE ET IVRE  
PERSONARVM** <sup>1710</sup> ~~24~~  
**MATRIMONIVM**  
**CONTRAHENTIVM,**

*Quam*

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINCIP<sup>E</sup> BORVSSIAE DVCAT. MAGD.

VICARIO ET RELIQUA  
EX DECRETO ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
PRAESIDE

**DN. IO. SAMVELE STRYKIO, IC.**  
SERENISS. VIDVAE SAXO-ISEN. CONSIL. AVL.

PROF. IVR. PVBL. ET COLL. IVR. h. t. DECANO

*PRO LICENTIA*  
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
CONSEQUENDI

D. VIII. April. A. R. S. MDCCX.

IN AUDITORIO MAIORI

*Horis ante & pomeridianis*

placide eruditorum disquisitioni

submittit

AVCTOR

**Io. LAVRENTIVS SCHOOFF,**  
SVSATO-WESTPHALVS.

---

HALÆ MAGDEB. Literis CHRIST. HENCKELII, Acad. Typogr.

8i.

DISSESTITIO AFRICAE NAVAGARIAE

83

GAIAHATETTA  
TERCINARIA  
MAGRIMONIA  
CONTRAHITIA

DR. PHILIPPO VITTI  
LUDVICO MARCHIUS  
GREGORIO RICCIUS  
ADOLPHUS VON  
LEONARDUS BOERGARIUS  
ALBANUS  
TUDERICUS MILITIA  
JEROME

DR. IO. SAMARIA  
AKIOIC  
PRO FICUMIA  
SI MOS IN AUTRO/ LURE HONORES

DR. IO. SAMARIA  
AKIOIC  
PRO FICUMIA  
SI MOS IN AUTRO/ LURE HONORES

DR. IO. SAMARIA  
AKIOIC  
PRO FICUMIA  
SI MOS IN AUTRO/ LURE HONORES

DR. IO. SAMARIA  
AKIOIC  
PRO FICUMIA  
SI MOS IN AUTRO/ LURE HONORES





## PRAEFATIO.



Isto Tibi, Candide Lector, id,  
ad quod, qui summos in v-  
troque honores appetunt,  
obligati sunt; Dissertationem  
scilicet inauguralem. Cujus  
titulus, vt vides, rem exhibit  
non quidem ignotam, sed o-  
mnibus notissimam; attamen nec inutilem ac su-  
peruacaneam, sed summopere fructuosam ac ne-  
cessariam. Evidem non me latet, ingentia in  
matrimonialibus extare volumina, infinitos tra-  
ctatus, quam plures dissertationes. Me igitur for-  
san miraris, quod acta agam, exposita exponam,  
ac toties quoties proposita repetam. Verum  
contrahas quæso admirationis tuæ vela, inciuite  
enim puto, cum Iure Consulto, de titulo, nisi toto  
opere perspecto, iudicare velle. At, inquies, vi-  
deo materias a permultis expositas; Sed quan-  
quam

A

quam

PRÆFATIÖ.

2

quam id concedam, satis tamen notum est, scriptores non semper iusti regulas obseruasse, sed scepe a vero, bono, ac iusto in decisionibus aberrasse. Neque hoc mirum est, cum ex diuersis principiis disputent, vnde diuersæ etiam eruuntur conclusiones. Alii in conclusionibus quidem conueniunt, in principiis tamen toto cœlo differunt. Alii iterum in principiis consentanei sunt, in conclusionibus vero discrepant. Ut adeo tam incerto iure vtamur, in causis matrimonialibus, vt nulla sit sententia, in qua Doctores inter se non dissentiant. Hoc vero cum iam animaduerterit Dn. Præses, & ita cœperit vera & genuina principia inuestigare, ex quibus facilis ad speciales casus fit applicatio: atque ad eum scopum non modo de reliquiis sacramenti in matrimonialibus, sed & de iure & institutione, item de natura & fine matrimonii varias ediderit dissertationes; placuit mihi iisdem insistere vestigiis, atque quid circa personas iustum sit inuestigare. Vbi tamen non est animus ad omnes speciales progredi conclusiones, sed tantum circa dichotomias & principia generalia versabimur, ad quas dichotomias reliqua omnia deinde facile referri, ac secundum proposita principia decidi poterunt. Videbit Cordatus Lector, nos non crambem bis coctam

coctam proponere, nec cœco impetu alios sequi?  
sed omnia rite ad principia examinare, multa  
quoque ab aliis nondum obseruata adducere.  
Insuper necessum erat, in id, quid ratione perso-  
narum matrimonium ineuntium iustum sit, pau-  
lo accuratius inquirere, cum hoc paucissimi re-  
ste perpendant, & inde coniugia euadant infeli-  
cissima, ac per consequens toti reip. noxia, quo-  
niam seminario corrupto, boni fructus frustra  
expectantur. Qua de causa in duo capita diuisa  
est dissertatio, vbi *primo* de qualitate & conditio-  
ne personarum nuptias contrahentium, *secundo* au-  
tem, de iuribus ex iusto matrimonio descenden-  
tibus eiusque effectu, agitur. Ceterum Te, Le-  
ctor Candide, denuo compello, enixe rogitans,  
accipe hasce plagulas beneuolo animo; perlege  
eas, sed oculis ab omni effectu liberis; perpende  
cuncta, sed remoto omni præjudicio autoritatis;  
ac denique iudica, non præcipitanter, nec rigide  
nimis, sed ex æquo & bono, ut virum cordatum  
decet.

A 2

DIS-

## DISSSERTATIONIS

De

## QUALITATE ET IVRE PERSONARVM MATRIMONIVM CONTRAHENTIVM.

## CAP. I.

De

## QUALITATE ET CONDITIONE PERSONARVM MATRIM. CONTRAH.

## §. I.

In omnibus  
negotiis hu-  
manis certa  
personarum  
qualitas re-  
quiritur.

**N**on omnia possumus omnes, nec omnium eadem est capacitas. Quilibet negotia, si recte expedienda, homines requirunt ejus conditionis, qualem ipsa res exigit. Dolendum certe est, multis saepe negotiis talia adhiberi subiecta, quae iis præficiendis pares non sunt. Hoc est, de quo prudentiores haec tenus nimirum in modum conquesti sunt, quod non selectus instituatur ingeniiorum, & exploratis cuiusvis viribus, ea tantum singulis committantur, ad quæ Deus ipsis concessit facultates. Quod si obseruaretur, o quam non bonum Ecclesiæ & Reip. mirifice promoueri posset! Contra autem ex ejus defectu tanta oriuntur incommoda, tantaque mala in Ecclesiā pariter & Renpublicam, vt cœcus sit oportet, qui ea non manibus palpare possit.

Etiam in iis,  
qui matrimo-  
nium inueni-

§. II. Volumine opus esset, si per omnia ire, illudque specialibus exemplis demonstrare vellemus. Vnius tan-

tantum, quod magis ad nostrum scopum facit, ex infinitis aliis, mentionem fecisse sufficiat, considerando personas, qui matrimonium, negotium plerisque hominibus commune, inire volunt. Quod sane negotium inter maxime ardua referendum esse, cum exinde non parum felicitas totius generis humani dependeat, nemo, nisi omnium rerum ignarus, ibit inficias. Interim non omnium ad illud est capacitas, sed multi, vel natura, vel lege ab eo arcentur, plures id eo modo ineunt, vt non nisi in felicissimus inde consequi possit eventus.

§. III. Quæ cum ita sint, constituimus hoc dissertationis capite paulo penitus in hanc rem inquirere, & de ius capit. Scopus huius conditione seu qualitate personarum, matrimonium ineuntium, sed tamen generatim tantum, prima rei principia tradendo, pauca differere. Quibus positis, facilis erit ad specialiora applicatio.

§. IV. Ordine itaque vt procedamus, probe notandum est, quid circa matrimonium iustum sit, non tantum ex Iure naturæ, & humano, sed etiam ex Iure diuino estimandum esse, cum ipse Deus autor sit huius negotii, illiqüe suam dederit benedictionem, si iusto, & debito modo ineat, vti pluribus exposuit Dn. Præses Diff. de Iure & Institutione matrim. Cap. I. §. 23. seqq. vt adeo diuerso modo considerandum sit matrimonium in foro externo, & in foro interno, vt idem pariter demonstrauit Diff. de Natura matrim. §. 47. seqq. Quibus fundamenti causa positis, sua sponte consequitur, qualitates personarum, qui matrimonium inire volunt, vel externas, vel internas esse, illæ requiruntur, vt matrimonium in foro externo, haec, vt in foro interno iustum sit.

§. 5. Hunc ergo ordinem secuturi, primo dicendum Ad externam est

pertinet (i) iusta ætas. est de qualitate illa externa, quæ in iis, qui matrimonium inire volunt, requiritur. Est autem illa primo *iusta ætas*. Iusta inquam, hoc est talis qua natura homines apti sunt ad utrumque matrimonii finem obtinendum. Neces-  
titatem huius qualitatis agnouerunt omnes, licet in ea de-  
finienda valde semper variarint; Plato *Lib. 5. de rep.* ma-  
ribus ab anno XXX. usque ad XXXV. feminis ab anno  
XVI. usque ad XX. nuptiarum tempus præscribit, & hu-  
ius sententiam ab Ægyptiis obseruatam esse testatur Cœ-  
lius Rhoding. *L. 26. Lect. antiqu. cap. 2.* Aristotel. *Lib. 7.*  
*Pol. cap. 6.* masculos demum coniungi vult circa annum  
XXXVII. aut paulo minus feminas autem circa annum  
XVIII. Hesiodus *Lib. 2. oper. & dier.* ita canit:

*Iunge tibi uxorem dum firmus adhuc vigor adsit,*  
*Annos cum numeras ter denos, plusue minusve,*  
*Aptum est coniugium: decimo sed femina quarto*  
*Anno pubescit, nubat mox deinde sequenti.*

Veteres Germani pro re turpi habebant, ante XX. an-  
num vxoris notitiam habere, teste Iul. Cæsare *de bello*  
*Germ. l. 6.* Pertinent etiam hic, quæ habet Tacitus de  
morib. germ. c. 20. ubi in hæc prorumpit verba: *Sera Iu-*  
*uenum Venus, eoque inexhausta pubertas, nec virgines festi-*  
*nantur. Eadem inventa, similis proceritas. Pares validique*  
*misercentur, ac robora parentum liberis referunt.* add. Cypræus  
*tr. de connub. iure part. i. cap. 9. §. 2. n. 9. seqq.* Henn. Ar-  
nil. *de matrim. cap. 2. Seçt. 3.* Iura etiam valde sollicita  
fuerunt in iusta ætate, definienda. Ita iure ciuili, si fe-  
minæ legatum relictum sit sub conditione, cum nupse-  
rit, & hæc nondum nubilis ætatis in domum mariti de-  
ducta fuerit, per *L. 30. ff. de condit. & demonstr.* conditio  
pro impleta non habetur, nec legatum debetur usque  
dum viripotens esse cœperit. Imo in *L. 13. §. 8. ff. ad*  
*L. Iul.*

*L. Iul. de adulst. habetur, adeo inutiles esse nuptias inter impuberes celebratas, vt si femina minor XII. annis in domum viri dedueta sit, ex adulterio, quod ante etatem legitimam commisit, accusari non possit, cum adhuc eius vxor iusta esse non coeperit, conf. Gonzalez ad decret. Lib. 4. T. 2. cap. 2. n. 9. Quæ Iura his fundamentis nituntur, quod 1) in hoc negotio requiratur vhus intellectus, qui ante etatem se exercere non solet, 2) aptitudo ad procreandam sobolem, 3) ne prematura Venere corporis vires atque habitus eneruentur, & quod 4) educatio liberorum, & oeconomiae administratio, corporis pariter ac animi robur requirat, vt recte exerceatur; proinde, qui ad iustam etatem nondum peruererunt, coniugio non sunt implicandi. Quænam autem sit iusta etas, quia pro diuersitate personarum earumque temperamento variat, determinarunt iura, dum in feminis XII. in masculis XIV. annum statuerunt, pr. f. de nuptiis. L. pen. §. 3. ff. quod falso tuto. Vbi notandum, quod quamvis Iustinianus illam pubertatis definitionem in L. 3. C. Quando tut. & Cur. sibi adscribat, sicut tamen multo ante Iustinianum obseruata, nam Tertullianus, qui tempore Seueri floruit, in libro de velandis virginibus ita loquitur; Tempus Ethnici obseruarunt, vt ex Lege Naturæ iura sua etatis reddant. Nam feminas quidem a XII. annis masculos a duobus amplius annis ad negotia admittunt. Nec non Macrobius, qui itidem ante Iustinianum vixit, libro 7. Satural. 7. de hac pubertate differit, quod post annos bis septem ipsa etas necessitate puelcat.*

*§. VI. Patet itaque ex dictis, infantibus matrimonio- Inde non ad- um plane interdictum esse, quod & Canonistæ admitunt: mittuntur infantes. An autem sponsalia contrahere possint? in eo fluctuant,*

mox

mox enim minoribus septennio, utpote quos infantes hic vocamus, hanc facultatem denegant, mox vero limitatione quadam concedunt, scilicet, si major factus in sponsalia contracta consenserit; adeoque hic presupponunt, adfuisse sponsalia, & sic vna manu aliquid prohibent, altera vero concedunt; Interim certum est, nec sponsalia valide ab infantibus contrahi, cum in illis consentiendi facultas plane cessa<sup>t</sup>, ob defectum iudicii & intellectus, quare a furiosis parum hacin parte distant. Accedit, quod in sponsalia nemo consentiat, nisi propter matrimonium, qui autem finem non intelligit, is a mediis etiam excludendus est. Hinc tam iure ciu. quam ipso etiam iure canonico haec sponsalia prohibentur, L. 14. ff. de sponsalibus. Cap. 2. X. de Desponsatione impub. & ita contracta ante septuennium, sunt ipso iure nulla L. 6. C. de pactis L. 5. C. de LL.

Refutatur  
Dn. Pagen-  
stecher dis-  
sentiens.

§. VII. Nec tamen defunt ICti qui certo affirmant, posse hos contrahere sponsalia, inter quos est Dn Pagenstecher in Siciliment. ad Lauterb. man. I. Sicil. 65. qui probare vult, & sponsalia cum Embryone contracta valere, hoc sc. sensu, vt parentes, & tutores vteri vice contrahere, poenamque a pœnitente stipulari possint, ipsi ventri in tempus, quo ad iustum ætatem adoleuerit, integra relæta ratihabitionis aut reiectionis optione. Sed concedo quidem, posse tale pactum iniri a parentibus, etiam addita stipulatione pœnae; at vero hoc pactum nomine sponsaliorum insigniri nequit, cum haec fieri debeant consensu vtriusque partis, iam vero septennio minor, vti dictum, consentire nequit, multo minus Embryo siue venter. Valet ergo hoc, vt aliud pactum faciendi, cui pœna adiecit etiam accedere potest, quod & admittit ab ipso allegata L. 4. C. de sponsal. verb. Si pater pactum de filia nupii-

nuptiis inierit. Videntur autem obstatre verba : *id inter sponsum & sponsam firmum ratumque permaneat* : verum hic notandum, quod Lex loquatur in genere de filia, non de impubere, aut infante, præsupponendum ergo filiam consensisse. Nam pater suo factō efficere non potest, quo minus LL. valeant ; Ideo præsupponitur in hac lege filia pubes. Addit Dn. Pagēnstecher aliam rationem quod sc. hoc hodie imprimis obtinere debeat, postquam mores seculi admiserunt alteri per alterum obligationem acquiri posse. Verum hæc ratio plane hue non quadrat, cum manifestum sit, illum a quo quid tertio stipulamus, necessario consentire debere. Respondet autem ad hoc, quod hæc sponsalia sint nulla, ea tamen nihilominus ratihabitionem admittere, nam & nulla in iure quandoque ratihabentur, adducitque exemplum *ex L. vlt. C. ad SCrum Macedon.* Sed cum huius veritas dependeat ex ea quæstione, quod & ipse præfatus autor admittit, an talia sponsalia sint non-ens ? hinc videbimus quid hic regerat. Nim: distinguit inter id, quod in talibus actibus *physicum* est, & quod *iuridicum*, & infert, quatenus actus iuridice est non-ens, eatenus non confirmatur, sed quatenus physici aliquid adeat : v. g. cum vir vxori donat, est actus iuridice nullus, licet physice subsistat, ergo dum *in L. 25. C. de donat. inter vir. & uxor.* confirmari dicitur, hoc intelligendum quoad actum physicum. Verum his non obstantibus verior manet sententia, sponsalia ab infantibus, vel etiam a parentibus pro embryone celebrata esse non-ens, nam in embryone non potest esse actus physicus ; deinde solus actus physicus non facit sponsalia, sed consensus, ergo vbi deficit consensus, ibi deficit actus physicus sponsaliorum ; deficiente enim

B

con-

consensu deficiunt sponsalia. Quod instantiam datam attinet certe longe dispar est ratio sponsaliorum, & donationis inter virum & vxorem, nam in donatione hac non subest actus physicus absque forma, quia adeo verus consensus atque voltintas, quod cessat in infantibus & embryo.

Neque im-  
puberes.

§. VIII. Eadem fere decisio obtinet in impuberibus, nam rem recte perpendenti statim patebit, Canonistarum doctrinas subfistere non posse, quando impuberibus potestatem sponsalia contrahendi, licet non matrimonium, adscribunt; ita tamen, vt impuberi adepta pubertate liceat a sponsalibus hisce recedere, puberi vero non, & sic ex una parte obligationem perfectam subesse fingunt. vid. capit. 7. X. de Deffonsat. impub. Sanchez de Matrim. Lib. 1. disp. 51. n. 10. Lauterb. Colleg. pract. lib. 23. tit. 1. §. 43. Sed hoc modo ex contractu ab utraque parte obligatorio faciunt unilateralem, cum potius natura negotii consensualis requirat, vt omnes contrahentes obligentur. Veris igitur principiis inharentes, statuimus, impuberis nec sponsalia, nec matrimonium contrahere posse, nam de iure Pontificio pariter ac Cæfarco consensus contrahentium necessario adesse debet, atqui vero impuberis consentire nequeunt, quia deficit sufficiens rei intellectus, qui tamen maxime ad arduum hucce negotium requiritur. Accedit, quod ad matrimonii fines apti non sint, nec enim ipsis est potestas procreandæ sobolis, nec familiaris rei cura, quam vti regere, ita eius regendæ subsidia recipere nequeunt, sed natura sub aliorum cura ac educatione sunt. Hinc totus impuberum actus nullus est, nec ratihabitione, vel dissensione opus habet, Sed postea nouus ac verus consensus intercep-

de

dere debet, & per consequens plane nova sunt ineunda sponsalia. Qui autem puberes vel impuberes dicendi fint, de eo olim valde disceptatum fuit; erat enim classis 1.) Proculianorum, qui ab ætate pubertatem definiabant, quamuis nondum pubuisset puberale, nec vesticeps quis factus fuisset. 2.) Cassianorum, sive Sabianorum, qui pubertatem ex habitu corporis aestimabant, Zieglerus *ad Lancellott. l. 2. tit. u. §. 3.* Hisce addunt 3.) Priscum, qui & ætatem & habitum corporis simul requisuit vid. Vinnius *ad pr. Inst. tit. quib. mod. tur. fin.* Ex hisce dissensionibus iura diuersa diuersam approbarunt sententiam. Sic ius ciu. retinuit opinionem Proculianorum, & ideo masculis XIV. & feminis XII. ann. praescribit. Quod ius can. Cassianos sequutum sit, id primo intuitu quidem *ex c. 3. X. de despof.* Impub. ibi: *eum puberem esse, qui ex habitu corporis puberitatem ostendit, & generare iam potest,* colligendum videatur; Verum & ipsi Pontificii dubitant, an in hoc cap. inspectio genitalium per habitum corporis intelligatur, quæ tamen Cassianorum sententia fuit, vti *in §. seqq.* deducetur, eo quod cum Iustiniano haec inspectio impudica visa fuerit, multo magis ab Ecclesia eam improbandam esse; deinde Nicolaus Papa etiam in proxime praeced. *cap. 2.* intuit, leges vel canones in definitienda ætate consentire. Hinc certo non constat, an canones Cassianorum opinionem approbare, & utrum per habitum corporis inspectiōnem secretiorum partium intelligere voluerint. Nec igitur querere necessum habemus an ius canon. ciuili, vel hoc illi præferendum sit? Nam cum ius Can. hic incertum sit, atque adeo cauillationibus ac controuersiis animam præbeat, merito hocce iuri ciuili post ponimus, ac ita

æstimationem pubertatis ex annis retinemus, sc. vt masculi anno XIV. feminæ vero anno XII. puberes sint, per pr. I. *Quibus mod. tut. fin. L. vlt. C. quand. tutel. vel cur.* Videtur autem nobis obstarre Nouell. 100. c. 2. vers. *Nouimus enim eos, qui vehementer citius contrahunt nuprias, non minus quindecim annorum ad hoc procedentes &c.* Verum hac verba allegatas leges non mutant, modo præsupponamus, annos requiritos completos esse debere: licet in favorem matrimonii sufficere appareat, modo ultimus pubertatis annus fuerit coepitus, sicuti fauore testamenti hoc L. 5. ff. qui test. fac. poss. statutum est; Nihilominus tamen verius est, annum regulariter dicinon posse, qui mensibus completis non constet: Neque hic de fauore matrimonii agitur, cum sponsalia contrahentibus simpliciter fauorabilia non sint, vt testamentum testatori, sed partim onerosa, & magni præiudicii, nec matrimonium contraictum pro lubitu, mutari & dissolui possit sicut testamentum. Imo quoties verba Legis ad annos consummatos referuntur, veluti si dicatur: cum tot annorum fuerit, vel si excesserit, vt in cit. L. vlt. C. tunc tempus completum esse oportet, nec sufficit incepturn vid. L. 2 pr. ff. de *Excusat.* L. 49. pr. ff. de *Leg. i.* Confer. Gonzalez lib. 4. tit. 2. cap. 5. n. 4. Hinc nouellæ verba intelligenda sunt de quinto decimo anno incepto. Notanter autem dictum est, regulariter annos completos requiri, Nam quandoque legibus contrarium cautum est, vt in testamentis; quandoque etiam malitia supplet ætatem, ita vt vrgentissima necessitas interueniat permittend matrimoniū; vbi non tantum aptitudo ad generandum, verum etiam simili prudentia, vt appellatur cap. fin. X. de *despons. impub.* siue iudicium ad cognoscendum statum coniugalem, eiusque vinculum

culum c. 6. d. t. respici debet. Zœf. ad ff. tit. de rit. nupt.  
n. 8.

§. IX. Vidimus §. præced. tres diuersas in æstima- Quomodo  
da pubertate olim fuisse opiniones, ac Cassianos siue Sa- olim puber-  
binianos eam ex habitu corporis determinare voluisse: tas ex inspe-  
Id quod rursus varie explicatur, sc. sunt, qui putant, per poris fuerit  
inspectionem habitus corporis, aspectum oris, vultus & estimata.

externi vigoris intelligendam esse; contra in *Inſt. pr.*  
*Quib. mod. rut. fin. & L. ult. C.* Quand. tut. vel curat exprefſe  
docetur, hanc inspectionem fuisse impudicam, & castitate nostrorum temporum indignam; quamobrem per inspectionem habitus corporis, non aspectum oris & vultus, quippe cui haec prædicata non competit, sed inspectionem secretiorum partium indigitari patet, quod & a moribus veterum alienum non est. Bachouius quidem existimat, Tribonianum vetustatis, & latini sermonis imperitum, nec quid habitus, quid aspectus vellet intelligentem, Principi suo illiterato, atque stulto persuasisse, Romanis in vsu fuisse quotidiano, quod nunquam illis veniret in mentem, sed a grauitate, castimoniaque illorum fuerit alienissimum; verum huic grauiter se opponit Huber *digress. Inſtin. Lib. 3. cap. 14.* vbi ita alloquitur Ræuardum, qui eiudem cum Bachovio est sententia: *Dic quare impurior inspectio pubertatis masculine apud indices fuit, quam est inspectio ventris apud mulieres, de qua Prætor edictum propositum in L. 1. §. 13. de ventre insuffiendo?* Cardo igitur totius rei in eo vertitur. An vñquam apud Romanos inspectio secretiorum partium in probatione pubertatis in vsu fuerit? Vinnius *ad cit. pr.* nec sibi credibile nec antiquis temporibus hunc morem consentaneum censet, cum nemo veterum sit, qui tam impudicæ rei meminerit. Vt-

que sibi non obstant ea, quæ Quintilianus *declam.* p. 279. p. 321. Edit. Francof. hisce exprimit verbis: *Non me hercule satis constituere apud animum meum possum, an huic (loquitur de impubere) adulteros licuerit occidere.* Quo enim tandem modo defendetur filius tuus, si quis extitisset, qui diceret: *Occidiisti homines nondum maritus, nec enim vis ista nominis huiuscce appellatione prima conficit:* Nec fatus est maritum tantum osculo putari: possea nudari filium atque in conjectu iudicum coegeret: atque interrogaret, an ille maritus esset, qui fieri pater non posset; Hinc respondeat, se non dubitare, hoc conjectum esse, secundum morem Scholasticarum exercitationum. Ego vero valde dubito an hoc conjectum sit, non obstante, quod oratores quandoque addere soleant circumstantias, ut rem eo magis reddant speciosiorem, nam cum plebraque, si non omnia, vera sint, quæ ibi continentur, experterem signum aliquod fictum a vero distinguendi. Nec sine fundamento hic pro veritate dictæ circumstantiae præsumitur, quoniam totus contextus, modo allegatus, ostendit, Quintilianum hic fingere noluisse, sed patri, filium abdicare volenti, ex ratione, quod hic adulterum accepta pecunia dimiserit, & non occiderit, potius obiicere intendit: quid, si iam impubes adulterum occidisset, cum tamen maritus non dum sit propter deficientem requisitam ætatem, (quæ ut probetur iudicibus nudati corporis inspectionem committendam esse) quomodo filius tum defendetur? Accedit, quod & aliunde de veritate huius circumstantiae constet, non tantum ex ipso Quintiliano, qui in *inst. orat. L. 4. cap. 2. p. 178. edit. Francof.* ita differit: *Id accidit aliquando utrique parti, cum vel nulla expositio est, vel de re constat, sed de iure queritur.* Ut apud

apud Centum-viros, Filius an Frater debeat esse intestato heres; pubertas annis, an habitu corporis astimetur: vbi expref- se dicit dere constare, sed de iure quæri; verum etiam ex iis, quæ Huber. Lib. 3. cap. 14. obseruat. iuris s. digression. Iustinian. adduxit; posteaquam enim is haec verba mouentia protulit: *Quid. an συναμφέν, & cum umbra Iustini- nianum lucari dicemus, qui in L. vlt. C. quando tut. l. cur. tam περιγματικῶς vetat, ne qua fiat amplius indecora pu- bertatis examinatio, omnisque cestet in posterum imboneſta cor- porum indagatio? Quis auct credere, tam non dico ineptum, sed insanum fuisse Principem, qui vel edicto ad populum, vel rescripto epistolaue ad supplicantes aut Magistratus, ſeuere ſcilicet, rem interdiceret, omnibus ſeculis inauditam; accu- ratissime demonstrat, quod quidem olim in reſtitutione propter lubricum ætatis, in praſtatione dolii, atque culpæ, in teſtamenti faſtione, in ſubſtitutione pupillari, imo et- iam in tutela, pubertas ſolis ex annis æſtimari ſolita, nulla- que nuditatis indagatio viſitata fuerit, idque authoritate veterum, tam ICtorum, vt in L. 5. ff. *Qui teſtam. fac. poſſ. L. 2. pr. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. quam Imperatorum, vt L. 4. C. qui teſtam. fac. poſſ. nec non Macrobi ac Tertulliani, quorum loca ſupra §. V. allegata funt.* Attramen in con- trahendis nuptiis, in agnoscendis liberis, ſimilibusque caſi- bus, aliquis explorationis eiusmodi uſus ſuperfuit; vt fi- v. g. quis Pater infantis eſſe negetur, ideo quod nondum ſit pubes, ille refutari nequibat ex eo, quod maior eſſet an- nis XIV, ſi tamen gignendo ſe imparem affirmaret: id e- nim, ſi aliter purgare ſe non poſſet, oculari inspectione probari oportebat. Hæc ex Hubero adduſiſſe ſuffici- ant, quo lectorem remitto. Id ſaltem adhuc addere habet, quod huic ſententiæ non tantum faueat locus ex declam.*

Quin-

Quintil. modo adductus , vbi etiam controuersia mota matrimonium concernit : sed & fauent ei Leges , quas alias inspectionem secretiorum partium negantes adducere solent , nim. L. 32. ff. de minor. L. 3. C. minor se mai. quæ agunt de beneficio restitutionis integrum , vbi ætas ex aspectu exteriorum partium , & vigoris metita fuit: Nam non male Anton. Faber *in scient. iurispr. Papin. Tit. 22. pr. e.* animaduertit , quod differentia sit inter inspectionem & aspectum , atque illam de inspectione genitalium , hunc vero de externa oris , vultus , & vigoris consideratione intelligi censem. Stat igitur , quod maxime probabile sit , inspectionem hanc nudam corporis in vsu fuisse. Quam etiam iuxta relationem Heigii. *ad cit. pr. I. quibus mod. tut. fin.* Saxones approbant , attamen eo tantum casu , quando de ætate , aut annorum numero non constat. *Land. R. Lib. I. art. 42.* Imo & nostris temporibus casus dari posse , & revera datos fuisse , vbi causa inspectioni commissa , notissimum est.

(2) Aptitudo  
ad obtainen-  
dum finem  
matrimonii.

§.X. Hæc tenus itaque considerauimus , quid circa ætatem matrimonium contrahentium statuendum sit , vbi quidem hinc inde quædam de sponsalibus immixta reperiuntur , quod autem fieri aliter non potuit , partim propter arctissimam harum materiarum connexionem , partim ob regulam : qui sponsalia celebrare prohibetur , multo magis nec nuptias ipsi contrahere licet. Non autem sufficit , quod iusta adsit ætas , sed præterea vt quis aptus sit ad obtainendos matrimonii fines requiritur. Notanter additur , vt aptus sit , non enim , vt intendatur finis , satis est , prout tamen quidam ex Pontificiis volunt ; nam , quid iuuat intentio , vbi hæc ad effectum perduci non potest? Ita in omnibus quoque aliis negotiis non modo finis ,

finis, sed & capacitatibus cum obtainendi haberri debet ratio, cum alioqui nihil debite expediri queat. Exemplo esse possunt studia, vbi, si quis non considerat prius, an ad hoc vel illud studium, aptus sit, & eas habeat qualitates quae ad id requiruntur, eos certe non faciet profectus, quos ille qui (quod tamen raro fit) aptitudinem suam prius explorauit. Itaque multo magis in matrimonio in eundo capacitas ad obtainendum finem requiritur, præprimis cum essentia huius contractus a fine dependeat, atque omnis consensus tacitam hanc in se habeat conditionem, si idoneus fuerit ad coniugium.

§. XI. Non unus autem datur matrimonii finis, sed plures, prout patet ex Gerhard. loc. de coniug. §. 415. seqq.

Quotæpler  
finis matrimoniī.

Nos vero hic tantum de duobus principalioribus agemus, scilicet de *mutuo adiutorio*, & *procreatione sibolis*, ad quos fines obtainendos, qui incupaces sunt, omnino a matrimonio repellendi. Animus non est pluribus hic de his finibus matrimonii agere, cum id satis iam fecerit Dn. Præs in *Diss. de fine matrim.* quo lectorum remitto: Hoc tantum addens, quod ad utrumque finem capacitas requiratur, ut adeo a vero aberret Brückner, qui in *decis. matrim. c. u. n. 15.* asserit: *Vtut finis unus cest, si tamen duo (nam hic præsupponit tres fines) vel unus saltē reliquorum, præprimis autem ille, qui tendit ad restinguendas vestiones a contrahentibus intendatur, coniugium propterea non dannandum esse.* Verum iam a Dno Præs. dict. diss. §. 22. seqq. accuratissime demonstratum est, extinctionem libidinis, quam Brücknerus vocat finem, non esse finem matrimonii, sed matrimonium debere esse remedium contra libidinem. Imo posito etiam id pro fine habendum, adhuc tamen erronea est sententia Brückneri, cum

C

mutu-

mutuum adiutorium & procreatio sobolis sint fines primariae, quos ipse Deus in institutione eius intendit, & sic necessario adesse debet capacitas ad illos fines obtinendos. Ita ut nec illi duo fines separari possint, cum procreatio sobolis esse non possit absque mutuo adiutorio.

An illa qua-  
litas adsit in  
sexagenariis.

§. XII. An autem his presuppositis sexagenarii ad matrimonium admittendi sint? Dubium videtur, eo quod in illis unus cestus finis sc. aptitudo ad procreacionem sobolis; quare etiam lex Papia Poppaea olim lata fuit, cuius duplex caput resert *Cypraeus de sponsal. cap. 9. §. 8. n. 2. sc. 1)* ne mulier quinquaginta annis minor, viro sexagenario nubat, neue *2.) vir, qui nondum quinquagesimum annum attigisset, feminam quinquagenariam in uxorem ducat:* supponebat enim haec Lex viros sexagenarios & mulieres quinquagenarias generare amplius non posse. Sed cum hoc suppositum falleret, dum non tantum olim experientia contrarium docuit, sed & hodie in dies exempla occurruunt, vbi sexagenarii & quinquagenariae generant, & pariunt, qua de re vid. Paul. Zachias *in quest. medico-legal. Lib. 3. t. 1. q. 2.* & Alber. Gentil. *de nupt. Lib. 5. cap. 3.* nec non Pagenst. *in tr. de iure virg. vbi resert locum ex aureis legendis sanctorum. cap. 172.* Cum quidam, frater senex infirmatus in Aegyptum ire vellet, ne fratres nimis gravaret, dixit ei Abbas Moyses: non vadas, quoniam in fornicationem casurus es; Qui contristatus dixit: mortuum est corpus meum, & tumiki ista dicis? cum ergo iuisset, & quedam virgo ex devotione sibi seruiret, ille consualescens, eam violauit. Quae cum filium peperisset, senex puerum in vlnis accipiens in die magnae festivitatis, coram multitudine fratrum intravit: Cum gutem omnes ferrent, dixit: videtis infantem hunc, filius est ingebidentiae: cauete ergo vobis, quod in

in senectute hoc feci, & orate pro me. Hinc Lex Poppaea per Tiberium Cæfarem primum abrogata, referente Suetonio Lib. 3. c. 33. & post illum per Seuerum. Tandem Iustinianus illam suo edicto penitus sustulit L. 27. C. de nupt. cuius mentio fit in L. 12. C. de legit. hered. & masculis pariter ac feminis, maiores vel minores sexagenariis vel quinquagenariis, nullum obstare vult impedimentum, quo minus nuptias inire valeant, licet sobolem ex hisce procreatam in d. L. 12. mirabilem vocet, nam insuper addit, hoc nihilominus probabiliter a natura nosci, probabilia autem Ictus admittit. Quo ipso anxia Physicorum determinario in iure nostro nihil operabitur, quam masculis & feminis certos generandi ac concipiendi annos assignant, vti videre est ex Zach. cit. loc. nam praeterquam, quod in d. L. 27. etiam maiores sexagenariis a matrimonio arceri non debeant, contrarium contraria experientia sat probari potest. Solent vero prouocare ad L. 4. ff. de LL. sc. quod de eo, quod raro fit non condantur leges: sed sicut ex inspectione illius legis patet, raritatem hic eo sensu sumi, si forte aliquid uno tantum casu accidat, inde haec regula huc applicari non potest, cum iura non quam permittant, vt cuidam iniuria fiat, atqui vero si tales senes a matrimonio repellerentur, multi iniuria afficerentur, sc. quibus generandi potestas adhuc præsens est: Accedit, quod tot forte exempla pro nobis, quam pro contraria sententia militent.

§. XIII. Quæ §. præced. dicta sunt, ea intelligenda, si vterque coniugum tantam attigerit etatem: Quid ergo si senex cum iuencula matrimonium contrahere vellet, an hoc permittendum? Et maxime permittendum est, si adhuc spes procreandorum liberorum in illis est:

vbi insuper mutuum adiutorium in solatium senectutis  
iis non denegandum; cui accedit, quod nec separantur  
coniuges, si maritus & vxor attingant senectutem. Illustr.  
D. Thomas. in fundament. I. N. lib. 3. cap. 2. §. 32. Quod  
vero regeri solet, senes ab vxoribus non diligi, sed multa  
inter eos oriri incommoda, assiduas querelas, domestica  
conuicia, quotidianas exprobrationes, quin imo etiam  
adulteria; eius necessariam non video connexionem,  
dici enim nequaquam potest, senectutem hic in causa es-  
se, sed vitio personarum hoc adscribendum. Etenim si  
animo rixoso ac parum honesto prædicta iuuenis etiam  
adolescentulo nubat, prædicta vitia inter eos non cessa-  
bunt. Adulterium quod attinet, præsumtio iuri est o-  
mnis delicti exclusiva, donec probetur contrarium; si  
ergo forsitan aliquando hoc probetur, rursus vitio personæ  
id adscribendum esset, nam si femina quæ ad tale variatio-  
nis facinus inclinat, vel maximè iuueni nupserit, tamen  
vincula rumpere non desinet. Nec est, quod distinguant  
inter matrimonium contrahendum & contractum, ita ut  
contrahendum dissuadendum, contracto vero standum  
sit: nam utrum quandoque dissuadendum illud esse con-  
cedam, quod tamen ob solam senectutem matrimonium  
non admittendum sit, illud inde non sequitur. Requi-  
runtur itaque aliæ causæ & circumstantiæ, nam & iuue-  
num coniugia quandoque pro ratione circumstantiarum  
dissuadenda sunt. Interim hoc limitatum volo, nisi pla-  
ne maxima sit disparitas, cuius terminum propter contrahentium  
personarum conditiones, ac ætatum differentias  
nemo generali regula definire potest, idcirco iudicis pru-  
dentis arbitrio id relinquendum. Nec huc applicari po-  
test regula: multa impediunt contrahenda, quæ non diri-  
munt

munt contracta, præterquam enim quod Dn. Præses in  
diff de reliqu. Sacram. in matrim. cap. 3. §. 36. n. 2. quid de hac  
regula sentiendum, satis iam exposuerit, hic nulla ratio,  
nulla lex, siue diuina, siue humana, est impedimento, quo  
minus matrimonium contrahere valeant.

§. XIV. Diuersum quid vero statuendum est eo ca- De mitimo-  
su, si vetula iuueni nubere velit, vbi per vetulam talem in-  
tellectam volumus, quæ sexaginta annos attigit; nam so-  
bolis procreatio hic sperari non potest. Quo illud Epi-  
gramma grecum, quod Alciatus ita vertit, facit:

*Nupsit anus iuueni* - - -  
O nimium ex omni tempore inepta Venus!

*Aut aliis dulcis, sterili vel conseris agro,*  
*Coniuge nec frueris, nec frueris sobole.*

Eo etiam spectat id, quod Gen. XVIII. de Sara recensetur, quæ sc. audiens, se filium concepturam esse, risit, eo quod senectute confecta, ita vt ei iam desierint fieri muliebria; Quod dubium hic Deus omnipotentia sua elidit, vnde nulla inde formari regula potest. Concludendum itaque, quod regulariter feminæ vetulae non pariant. Imo licet & hoc esset, tamen iusta intentio ineundi coniugii hic deficit, cum respectu mulieris libido, respectu iumentis vero auaritia, vt plurimum, ne dicam semper, sit talium murtheriarum conciliatrix. Id quod Dn. Pagenst. manip. 3. scil. 70. ita exprimit: *Quid enim, inquit, imbelli aliquod filicernatum, aut annis obliterata effetaque vetula, ad liberos procreandos, scopi in contrahendis nuptiis habere possit? Dicite vegeti, & pubertatem plenam vix dum egressi iuuenes, qui beatas amiculas, quarum aliquando decimum sextum, & ultra trepidavit etas claudere lufrum, thalami vestri participes facitis, dicite cui fini vota destinatis? liberos expectaris? Ad Calendas se-*

C 3 *græ-*

græcas pulchra facient vos prole parentes. O ciues, ciues, quærenda pecunia primum! nati post nummos. Nescio quis Horatius auribus vestris insuffravit. Hic vester scopus est, hic finis. Id quod etiam cordata illa vidua sexagenaria ap. Menzer. de matrim. p. 124. agnouit, quæ a formoso iuuene de matrimonio solicita, respondisse fertur: nisi plane mihi persuaderem; opes potius meas, quam ms ipsam queri, petitioni fortassis annuerem. Cuim ergo constet, propter diuitias matrimonium hic contrahi, qui aliter fieri potest, quam ut inter eas orientur rixæ, dissidia &c. aut enim iuuenis bona sat ampla habet, & hic cito vetulæ fastidium capit, alienosque nidos querit. Gerhard. in loc. de coniug. §. 398. aut iuuenis sub spe consequendarum diuitiarum eam dicit, hæc autem auaritia ducta ne quidem administrationem ipsi concedere vult, eo quod iuentus plerumque sit in experta ac liberalis, vnde rursus iurgia; quæ augentur, quando maritus hoc modo caput familie esse definit, cui alias reuerentia exhibenda; at hæc propter senectutem reuerentiam prætendit, cum iuueni mater magis esse possit, quam vxor. Vndiquaque ergo in tali matrimonio incommoda, vndiquaque contentiones, vndiquaque dissensiones oriuntur, vt adeo Magistratus in bene constituta republ. merito eo respicere debeat, ne tales impares nuptiæ contrahantur; Vti & Theologi Wittebergenenses hoc casu concedunt dissolutionem sponsaliorum ob mutuum dissensum, quod alias constanter negant; quorum responsum ab illustr. Dn. Strykio in not. ad Brunn. Ius. Eccl. L. 2. c. 17. n. 2. verb. dissuadendum ob multas causas adductum. Aliud exemplum refert Nicolai de repud. Lib. 2. cap. 2. n. 81. vbi sponsalia a vetula sexagenaria cum iuueni XX. annorum contracta in Proto-Synedrio Dresdensi 12. Dec. 1677. rescissa sunt.

§ XV.

§. XV. Hactenus §. XII. & XIII. castrorum forte <sup>Dn matri-</sup>  
 causam male egimus, eis refecando obiectionem, quod <sup>monio ca-</sup>  
 si senibus coniugia permittenda sint, nec ipsis ea dene-  
 ganda. Demonstrauimus enim senibus variis ex causis  
 id concedi, & in specie, quod spes adhuc prolis non defi-  
 ciat, quod in castratis impotentia totalis sperare non per-  
 mittit. Idcirco patet, nec iusta intentione talia contra-  
 hi matrimonia, cum sola libido talium nuptiarum sit cau-  
 sa impellens, quod matrimonium recte bestiale vocavit  
 Dn. Præf. in diff. de Fin. matrim. §. 36. Sic olim Romæ mulie-  
 res salaces & Reginas, eunuchos in deliciis habuisse, quod  
 assiduo congressu libidinem fouverent, & tamen eas graui-  
 das non redderent, constat, non tantum ex Iuuenali qui  
 Satyra 6. ita canit:

*Sunt quos eunuchi imbellis, & mollia semper  
 Oscula delecent, & desperatio barbe.  
 Et quod abortiuo non est opus.*

sed & aliis locis a Cyprao de sponsal. cap. 9. n. 16. allegatis.  
 Atque ex L. 4. C. de præpositis facri cubiculi Lib. 12. vbi legi-  
 mus, veterum morem fuisse, eunuchis Regii cubiculi cu-  
 ram demandare, de quo more late Cuiac. ad cit. I. Quare  
 et si vxor in eum sciens consentiat, tamen magistratus id  
 prohibere debet, cum non tantum fini coniugii, & præce-  
 ptis Legum aduersetur, sed insuper magnum secum tra-  
 bat periculum. Quod fini coniugii aduersetur, id iam  
 demonstratum. Nec legum præcepis conuenit, ut  
 patet partim ex legum Iuris naturæ, partim diuinarum  
 posituarum, partim humanarum præceptis. Quod LL.  
 naturæ attinet, apud omnes constat, eas necessitatem  
 ineundi coniugii ob sobolis procreationem, & eius  
 educationem, præcipere, vbi ergo sobolis procrea-  
 tio

tio cessat, ibi nec iure naturae matrimonium subsistere potest. In iure diuino positivo exstat Deut. XXIII. i. *Nemo ingredietur attritis testiculis, aut a scissis verebro in coetum Domini*, i. e. non habeat commercium cum populo Dei, nec ius ducendi feminam Israelicam: Gerh. in loc. de Coniug. §. 235. Quæ vero lex cum adforeses vulgo referatur, hinc addamus locum ex Matth. XIX. 12. vbi Christus *v. n.* dixerat, non omnes abstinere posse a matrimonio, nisi, quibus hoc datum est, vbi refert *v. 12.* tria genera eunuchorum. Hic quidem expresse non dicitur eos a matrimonio arcendos esse, attamen mens Salvatoris nostri est, quod non possint ad consortium coniugale admitti. Confer. Lutherus Tom. 6. Witteb. p. 168. Nec legibus *hamanis* destituimur, quibus hoc matrimonium prohibetur; Evidem cum de Iure Can. adhuc dubitetur, an hoc de castratis vel frigidis & impotentiis intelligendum sit, hinc ex iure ciui. id probabimus ex §. 9. I. de adopt. vbi habetur, quod castrati generare non possint, atqui LL. iam presupponunt, ineptum ad generationem a coniugii contractu remouendum esse. Facit etiam hic L. 39. §. 1. ff. de Iur. dot. vbi distinguitur inter spadonem, castratum, & non castratum, ita vt in castrato nec dos consequenter nec matrimonium, existat. Cui addatur L. 14. §. 2. de manumiss. vind. vbi castratus matrimonii causa manumittere, adeoque etiam matrimonium contrahere non potest. Supereft vt adhuc explicemus quale sit istud *periculum*, quod matrimonium castratorum secum trahit: scilicet facile hoc ansam adulterio præbere potest. Congressus enim castratorum mutus ac mortuus dicitur, ita vt potius consistat in abuso mulierum, quam sufficiat ad extingendas libidinum faces; acerius enim

enim & ardenter inflammari libidine, & ad concubitum impatienter ferri solent. Ex quo simul patet, quod incongrue vrgeant dictum *i. Cor. 7. v. 9.* melius est nubere, quam vri, ad quod eleganter Leo Imperator *in Nou. 98.* sed tu, qui Paulum laudas, ad Pauli verba attende. Nihil quidem communius est, quam ut castrati inharent exemplo sterilium, quibus, et si non generent, matrimonium tamen non denegatur. Verum præterquam, quod castratio sit crimen capitale, iuxta *L. 4. in fin. ff. ad L. Iul. de adult. L. 1. C. de Eunuch.* & sic ad crimina favor nullus extendi debeat; adhuc inter steriles & castratos magra est differentia; nam 1.) nemo ante matrimonium contractum pro sterili haberi potest, hinc opinione ac spe liberorum procreandorum freti bona conscientia illud contrahunt, 2.) sterilitas tolli quandoque potest Dei beneficio & opera medicorum: hæc omnia vero in castratis secus se habent.

§. XVI. Idem obtainere videtur in spadonibus, quip-  
pe qui in iure quoad nomina cum castratis sibi confunduntur, vt patet ex *cit. L. 39.* Verum licet non negemus, castratos sæpe spadones, & spadones castratos in iure vocari; hoc tamen minus propriæ fit, cum confiteretur ex aliis iuris locis, eos toto celo differre. Sic castrati adoptare non possunt, spadones possunt §. 9. *I. de adopt. L. 2. §. 1. ff. de adopt.* Castrati posthumum heredem instituere non possunt, spadones possunt. *L. 5. ff. de lib. & posthum.* Castrati a matrimonii contractu arcentur, spadones admittuntur per *L. 39. §. 1. ff. de Iur. det.* Quæ omnes differentiae fundant se in ratione, quod spadones sint, qui actu quidem impediuntur generare, vel ob temperamenti frigiditatem, vel excedentem caliditatem, humiditatem, sic-

D

cita-

citatem &c. sublato tamen isto impedimento, generare possunt. Ergo spes superest procreandorum liberorum, quia tantum vitio affecti liberis operam dare nequeunt. Et hi sunt illi spadones, de quibus *L. 123. d. V. S.* dicitur, quod natura spadones sint. Inter alia vero spadonum genera Thlibiæ & Thlasiae ibi etiam referuntur, de quibus vid. *Ludwel. exerc. 2. §. 3.*

*De Impoten-*  
*cibus.*

*in nobis*

§. XVII. Constat igitur ex dictis impotentiam temporalem ac curabilem matrimonium non impedire, unde necessario fluit, quod impotentia insanabilis ac perpetua laborantes a matrimonio excludat. Quae impotentia, sicuti vel consideratur quoad concubitum, vel quoad generationem: ita de priori nemo dubitat, quin contrahentibus sit impedimento, nam ad valorem matrimonii desideratur, ut conjuges possint fieri una caro, quod cum non permittat impotentia perpetua, ideo matrimonium iniri non potest. Etenim impotentia coeundi repugnat obligationi coniugali ad copulam, cum ad impossibilitia nemo obligari possit. Hic autem obiciunt: iam adesse contradictionem dum castratis supra matrimonium denegatum fuit, cum tamen hi cum coniuge possint fieri una caro per copulam: Verum hoc intelligendum, non quasi per simplicem copulam fiant una caro, sed per copulam aptam ad generationem, quæ in castratis cessat. Vnde fluit, quod si de impotentia perpetua ante initum matrimonium constet, hi etiam matrimonium inire prohibeantur; qui vero hoc plerumque post contractum matrimonium innotescit, hinc an & quando illud dissoluendum sit, huius non est tractationis. Interim haec impotentia species, cum vel natura vel ex accidenti, vel ex maleficio proueniant, ideo Canonistæ ad naturalem præter alios referunt frigidos,

qui

qui ex defectu naturalis caloris coirenequeunt, de quibus late Zachias *in qq. medico legal. agit.* Ad accidentalem referre solent, quando quis vel morbo, vel ferro, vel aliena violentia fit impotens, & eunuchus. Maleficiatis annumerant illos, qui fascino ac beneficio impotentes facti. Quod ad nostrum scopum attinet, dicendum: Omnes illos a matrimonio contrahendo arcendos esse, in quibus de illa potentia, & quidem perpetua constat. De maleficiatis hic fere qualio esse non potest, cum ea demum post matrimonium contractum inferri soleat.

§. XVIII. Alii insuper reperiuntur, quos morbosos <sup>De morbo affectis.</sup> appellant, de quibus merito etiam hic quædam subiiciuntur, cum quidam eorum matrimonium contrahere non possint, quidam vero admittuntur. Morbi itaque vel impediunt procreationem sobolis; vel non impediumt quidem, sed afficiunt coniugem & liberos; vel neque impediunt generationem, neque ad liberos propagantur. Ad primi generis morbos pertinet Elephantialis, quam Gonzalez *ad decret. L. 4. tit. 8. c. 3, n. 6.* describit per morbum, quo totum corpus, imo & ipsa ossa vitiantur, color faciei, & totius corporis immutatur, resmaturas, labra sunt crassiora, intumescit frons, cum quibusdam eminentiis tuberosis, adeo difficultas respirationis, vox rauca, & humor ita acer, ut corrodat cartilagini & ossa, decidunt capilli, anhelitus fetet. Quod si ita se habeat, certe amor ac cupiditas ineundi matrimonium neminem vexabunt, & nullum dubium est omnes ab eo arcendos esse. Ad secundum genus reperi potest Lepra, quæ alias dicitur malascabies contagiosa ac insanabilis. Et haec sepe actu generationis non obstat, & tamen a matrimonii contractu excludit, ita ut si vel vxor consentiat, hoc non obstante minime admittendus sit:

fit: certissimum enim detrimentum, ac exitium reipublicum illo coniunctum est, siquidem in sobolem propagatur, *vid. cap. fin. X. de coniug. lepros.* Nec boni ac sapientis hominis est, velle ut infortunium suum ad multos euadat, cum acerbissimum sit videre liberos graui morbo affictos. *Conf. Gerhard. in loc. de coniug. §. 236.* Idem obtinebit in scabie Gallica & Neapolitana, nam licet haec congressum permittat, tamen quia vxor & liberi huius morbi participes fiunt, matrimonium contrahere non poterunt. Dubitant autem quidam de epilepsia, phrenesi, paralyysi, phtysyi, qui morbi ad tertiam classem spectant. At vero quanquam concedatur, horum matrimonia dissuadenda esse, cum coniux talis morboi congressum fugere, ac exhorrescere soleat; hoc tamen non obstante vxores sibi jungere possunt, cum uterque finis hic obtineri possit, neque morbi hi regulariter sint perpetui, vel hereditarii.

*De Capacitate civili, vbi requiriatur (1) Vt se annicem alere honeste possint.*

§. XIX. Considerata iam capacitate ad matrimonium naturali, minime concludendum, hanc sufficere, ad id, vt qui ea polleant, ad coniugium admittantur: Etenim insuper capacitas civilis requiritur, que quatuor rursus absoluitur partibus, (1.) Vt vxorem alere possit. (2.) vt sui iuris sit. (3.) vt LL. non prohibeat (4.) vt adsit verus intellectus, & libera voluntas. De singulis separatim. Quod igitur primum attinet, diximus requiri, vt coniuges se invicem honeste alere possint, vbi in specie mariti officium est, vt vxori de omnibus necessariis e. g. cibo, potu, vestimentis prospiciat. Cum enim Vir caput familie dicatur, capit is autem est, prospicere reliquis membris, hinc & marito hoc competit. Id quod non obscure indicat Apostolus Paulus, quando *ad Ephes. cap. 5. v. 28. seqq.* ita loquitur

tur: *Viri diligere debent vxores, sicut corpora sua, qui suam vxorem diligit, se ipsum diligit, nemo enim unquam suam carnem odio habuit, sed nutrit ac fouet eam.* Item i. ad Timoth. 5. v. 8. qui domini sue non proficit, fidem negavit, & est infidelis deterior. Vbi notanter in Germanico dicitur: *Die Seinen / sonderlich seine Hauss - Genossen nicht versorgt* &c. sub quibus verbis & vxor & liberi comprehenduntur. Et haec est causa, quare feminæ hodie dotem inferre soleant, vt sc. vir onera matrimonii eo melius ferre possit. *L. pro oneribus 20. C. de Iur. Dor.* Sed hoc modo ille vxores, quæ nullam afferre potuerunt dotem, forsitan alendæ non essent? Minime vero, cum iam officio viri onus alimentandi incumbat, & dos tantum detur, vt *eo melius* onus illud ferre possit. Exemplo esse possunt veteres Germani, quorum mos erat, vt non vxores marito, sed hi vxoribus dotem offerrent, iuxta Tacitum *de Mor. Germ.* c. 18. verum & ibi nihilominus marito onus alimentandi incumbebat. Habet ergo maritus, quod sibi imputet, quod talem duxerit vxorem, quæ ad ferenda haec onera nihil contribuere poterat. Probata igitur necessitate alendi vxorem, constat, eos, qui ad hoc onus capaces nondum sunt, a matrimonio recte arceri. Quare Carpz. in *iurispr. Confift. Lib. 2. d. 12. n. 18.* non immerito illos excludit pueros, quorum vix sufficit sua ipsorum ars vel industria, vt se alant: *Quomodo vero vxorem & liberos alere poterit, qui se solum non potest.* Accedit, quod & ipsius reipublicæ intersit, non admitti matrimonia inter eiusmodi homines, qui non honestam exercent negotiationem; nam vel mendici sunt, vel illicitis mediis vitam sustentare amittuntur, vel tandem plane fures, & raptore inde euadunt.

D 3

§. XX.

(2) Ut sui juris  
sint.

§. XX. Alterum capacitatis civilis requisitum est, ut contrahentes sint sui iuris, h. e. vt liberi sint a patria potestate: Nam cum ad arctissimam hancce & indiuiduam vitæ consuetudinem sive societatem contrahendam requiratur omnino consensus partium contrahentium, omnis autem ille, qui alieni iuris est, absolute consentire non possi, sed conditionate, si superiori placuerit; hinc maxime necessarium est, vt is, qui ex propria sua voluntate vxorem ducere vult, sit sui iuris: Hoc modo enim consensus eius liber est. Volunt tamen nonnulli, quod, si is qui sui iuris est, sit minor XXV. annis, curatorum consensum adhibere debeat, vt Cypræus de *Sponsal.* cap. 6. §. 9. n. 19. vbi de turorum & cap. 6. §. 10. vbi de curatorum consensu agitur. Verum vt de tutoribus nihil dicamus, cum hi impubertum tutelam gerant, que adepta pubertate extinguitur, impuberes vero nec sponsalia, nec matrimonium contrahere possunt ut supra traditum; circa curatores tantum dispiciamus. At vero & eorum consensum inutiliter & absque effectu requiri, existimo, cum curator tantum detur rebus, non personæ; vt adeo eorum dissensus matrimonium impedire non possit. Quod probari ex variis rationibus & legibus potest. In præsentि sufficiat adduxisse L. 20. ff. de *ritu nupr.* L. 6. ff. de *spons.* L. 8. C. de *nupt.* in quibus curatoris consensum interuenire posse negatur, quia solam rei familiaris sustinet administracionem. Item in L. 20. C. de *nupt.* curatoris consensus plane non respicitur, sed si puella, propter verecundiam noluerit propriam voluntatem depromere, coram positis propinquis, iudici deliberare permisum, cui melius adulta societur. Quod autem hi dissensus sui rationes magistratu exponere debeat, ne deinde, si minori permiserint per se ma-

matrimonium contrahere, & hic circumuentus sit, circumventionis aestimationem praestare teneantur, id recte affirmat Gerhard. in loc. de coniug. §. 24. Hoc ergo obtinet, si liberi e patris potestate exierint. Consequenter, si nondum sui iuris facti sed sub patria potestate adhuc existunt, parentum consensum in nuptiis adhibere necessum habent. Eorum enim absurdum est sententia, qui eo opus non esse afferunt, vid. quos allegat Gerhard. in loc. de coniug. §. 57. Cum non modo non confutum, rem tam arduam lubrico aggredi consilio, quam & æquum sit, vt illi, qui tot labores, molestias, & sollicitudines, nostrum causa exantlarunt, hoc iuris habeant, vt eorum in nuptiis requiratur consensus. In primis cum saluberrima pro liberis capiant consilia, iisque rectius propicere soleant, ob singularem illam, qua illos prosequuntur, affectionem. L. 3. §. 1. ff. de administr. & peric. tut. L. 67. ff. de R. N. Hinc Ethnicus ille iuuenis apud Poetam: Non ducam, ait, illam, si vel Venere formosior, vel Pallade sapientior existat, nisi Pater meus consentiar. Quare non immerito per varias leges, aciura liberis inunctum fuit, vt hoc in negotio parentum consensum adhibere necessum habeant. An vero illud omni iure requiratur, non conueniunt Dd. hinc nostram sententiam brevibus exponemus.

§. XXI. Primo omnium itaque siflit se ius dictuum, quod diuidi solet in naturale, & positivum. Quantum ad ius naturæ, existimo, consensum parentum eo iure requiri, sub distinctione tamen, inter illos, qui adhuc sub patria potestate sunt, & illos, qui ex familia paterna exierunt, quorum tamen pater adhuc in viuis est. Nam sicut horum qui sui iuris sunt consensus iam plane liber, nec alterius voluntati amplius subiecti sunt, vt omisso consen-

su

su in nuptiis tantum contra debitum reuerentiae in conscientia peccatur, ita illi vi obsequii consensum parentum adhibere debent, cum (1.) liberorum in potestate existentium libertas, quoad actiones potissimum externas, ita circumscripta sit, ut omnia secundum beneplacitum parentum suorum instituere debeant, illustr. Dn. Thomas. *in jurispr. diu. L. 3. c. 4. §. 46. & 51.* & (2.) liberi alieni iuris absolute consentire non possint, sed conditionate: si superioribus h. e. parentibus placuerit, velle enim non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini *L. 4. de R. I. ac (3.) parentum interfit, ne liberii ipsis inuitis matrimonium ineant, cum ipsis inuitis accresceret onus alendae vxoris. Confer. Dn. Thomas. *in dissert. Lipsiens. diss. 17.* Quanquam enim Hubero in *digress. Influminian. part. 1. Lib. 2. c. 15. §. 3.* concedamus, quod vxorem ducens, nouam condere familiam instituat; attamen hoc filius absque consensu parentum facere non debet. Ad minimum, si non, præcise necessitatis habendum est, honestatis tamen regulis sine dubio competit.*

**An iure diuinio requiriatur.** §. XXII. An vero de Iure diuino positivo consensus parentum requiratur queri solet? Quam quæstionem nos affirmamus. Licet enim hoc ius de consensu parentum expresse nihil mandauerit; non tamen desunt rationes, quibus necessitas eius consensus demonstrari potest. Idque potissimum ex noto illo decalogi præcepto, quod exstat. *Exod. XX, 12. Deut. V, 16.* ubi Deus honorem ac obedientiam parentibus exhibendam præcepit, quod & Christus iterum *Matth. XV, 4. & Paulus Eph. VI, 2.* inculcauit; Iam vero nec honos maior, nec contumelia insignior parentibus inferri potest, quam si liberi iis hic aut ob temperent, aut refragentur in re tanti momenti & peri-

periculi. Quæ enim maior contumelia parentibus inferi potest, quam si in re tanti præiudicii eorum negligatur & flocci habeatur consensus, quorum tamen curæ ac prudenteribus consiliis totam nostram educationem, imo quibus, post Deum, vitam quoque debemus. Hinc adeo necessarius est consensus parentum, vt ob eius neglectum, parentibus liberum sit rescindere liberorum nuptias, si modo velint. Quod non obscure innuitur *Exod. XXII, 17.* ita enim *v. 16.* constitutum. Si seduxerit quis virginem, neclum defonsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit eam uxorem, sed mox adiicitur *v. 17.* si pater virginis dare noluerit, dabit pecuniam iuxta modum dotis: ita ergo permittitur patri matrimonium irritum declarare, nam si pater consentiat, tunc & ducere, & dotare tenetur; si pater dissentiat, tunc tantum dotare. Imo passim in sacris litteris potestas elocandi liberos parentibus datur, iisque coniuges comparandi. Quod si itaque matrimonium a contrahentibus totum dependeret, his potius, quam parentibus Deus mandata illa de matrimonio dedisset, vti eleganter differit *Vinnius ad Inst. pr. de nupt.* qui quidem vna cum *Gerhardo in loc. de coniug.* §. 59. seqq. plura adducit argumenta, ea tamen omnia nostra non facimus, licet in thesi conueniamus, dum rationes sub iure naturæ adducas huc applicari insuper volumus. Illud tantum adhuc adiicio, quod non frustra quarto Decalogi præcepto adiecta sit, illa specialis promissio: *vt prolongent se dies tui,* & *vt bene tibi sis super terra, quam Iehoua Deus tuus tibi daturus est.* Certe non puto me erraturum, si dixerim, matrimonia, inuitis parentibus contracta, vt plurimum esse infelicissima.

*§. XXIII. Pergo ad iura humana, quæ circa consen-*

E

sum

*An Iure Civilis  
nonico;*

sum aliquid disponunt, atque ea rursus dispescimus in ius canonicum, ius ciuile Romanum, & mores nostros. Quod ius canonicum attinet, dubitatur valde inter Dd. & canonistas, an hoc consensum de necessitate, an de honestate tantum requirat, prout videre est ex illis, quæ adducta sunt a Gerhard. *Loc. de coniug. §. 68. seqq.* Afferere fere possemus, plurimos opinari, consensum eo iure saltem honestatis esse, inter quos etiam est Dessel. *in Erotem. Iur. Can. Lib. 4. tit. 1. qu. n.* qui Concilii Tridentini autoritatem adducit, post quod parentum consensus ad substantiam matrimonii non sit necessarius, licet, initis tantum sponsalibus, possit per dissensum parentum impediri matrimonium contrahendum Linker *ad cit. Dessel. loc. &c. ab eo alleg. Sanchez. Lib. 1. diff. 14. n. 3.* Patet autem hanc assertionem apertam innoluere contradictionem, dum eo ipso, quo dicunt: parentes per dissensum sponsalia rescindere posse; concedunt, eum esse necessitatibus. Ait decretum Concilii Tridentini nos non stringit, quoniam in assertione, matrimonium esse sacramentum, se fundat, vid. Ziegler *ad Lanc. Lib. 2. tit. 11. §. 2.* ac omnino Bruckner *in decis. matrim. part. 1. cap. 2. n. 55. seqq.* Interim nec in iure Canonico defunt textus, ex quibus necessitas huius consensus probari possit, quos allegavit Dn. Praes in *diff. reliqu. Sacram. in matrim. cap. 2. §. 17.* qui tamen nechic reticendi: nim. pertinet huc *Can. 1. 3. 4. 5. c. XXX. q. 5. can. 2. c. XXV. q. 6. Can. 12-16. c. XXXII. q. 2. cap. 3. X. qui matrim. accus. poss.* Quibus quidem alii canones opponi solent, sed quam inepte, ostendit Ziegler *ad Lanc. cit. loc. conf. Cypriacus de spons. cap. 6. n. 3. seqq.* It. Bruckner *in decis. c. loc. n. 52. seqq.*

An iure Ro-  
mano?

S. XXIV. Iam ad ius Romanum progredimur, vbi  
hacte-

hactenus nemo dubitauit, quin eo iure omnino consensus patris ad nuptias necessarius sit, adeo ut absque eo legitime nuptiae non censeantur. Probatur id ex variis ciuiis iuris tex-tibus, videl. §. 12. *I. de Nupt. L. 11. ff. de Stat. Hom. L. 2. 10. 35. ff. de R. N. L. 2. 7. 12. C. de Nupt. L. vnit. C. de rapt. virg. L. vlt. C. de repud.* Quod tamē intelligendum de filio in patria potestate con-stituto, nam emancipatus etiam sine consensu patris vxorē ducere potest per *L. 25. ff. de R. N. L. 3. §. 5. ff. de B. P. contr. rabb.* Quod in filia aliter se habet, nam circa hanc distin-guitur, an XXV. annum egressa, an non: Hoc casu, li-cket emancipata fuerit, tamen nubere debet cum consensu patris *L. 18. & 20. C. de Nupt.* si nim. patrem adhuc habeat, nam hoc deficiente mater quoque consulenda iuxta *L. 1. & 20. C. eod. vid. Dn. Pagenst. manip. 3. ad Lauterb. facil. 71. n. 3.* Sin vero maior sit XXV. annis, & pater eam non de-sponsauerit, tum eam nec exheredare poterit, licet in cor-pus suum filia peccauerit, vel sine consensu patris marito, libero tamen, se copulauerit per Auth. sed si post. *C. de inoff. restam.* Evidem huic obstatre videtur *L. 1. §. fin. ff. de Liber. exhib.* ubi pater filiam alii nuptiam reducere volenti, respondeatur: *Quod bene concordantia matrimonia iure Patriae potestatis turbari non debeant.* Verum rectissime Hu-ber. in digress. *Iustinian. part. 2. Lib. 1. cap. 15.* legem hanc accipit non de matrimonio sine patris consensu inito, sed de vero matrimonio, quod iure patriae potestatis turbari non debet. Nam supponitur hic veterum mos, quo pa-ter poterat nuptias veras, ac se consentiente rite contra-etas, iure patriae potestatis distrahere, etiam absque filii, siliæque suæ consensu, vti patet ex *L. 5. C. de repudiis,* qua hic mos abrogatus, item ex aliis tam autoribus quam te-stimonii veterum, allegatis ab Hubero *civ. loc. & cap. 18.*

*An Moribus  
hodiernis?*

§. XXV. Tandem etiam ad ius hodiernum seu mo-  
res nostros accedimus , vbi statim obseruantia fori alle-  
ganda est, qua consensus parentum ad validitatem matri-  
monii requiritur. Testatur id Richter part. 1. dec. 8. n. 55.  
seqq. & vol. 1. part. 2. consil. 4. vbi prolixum Facultatis Iuri-  
dicae Ienensis allegat responsum. Item Carpzou. *Iurispr.*  
*Consil. Lib. 2. d. 44. n. 4.* vbi non tantum quatuor præaudi-  
cia, sed & Gerhardum præter alios allegat *Loc. de coniug.* §.  
68. p. 161. qui tamen de Consistoriis Saxoniciis solum loqui-  
tur, & propterea constitutionem ecclesiasticam Sax. tit.  
von Ehe. Sachen fol. 110. adducit. Addantur etiam re-  
sponsa, quæ Bruckner in *decis. matrim. part. 1. cap. 2. in ad-*  
*dit. p. 139.* collegit. Insuper varia eius necessitatem te-  
stantur statuta, quorum quoddam reperitur in Ducatu  
Cliviae, & Comitatu Marce, quo Serenissimus Elector  
Brandenburgicus Fridericus Wilhelmus gloriose memo-  
riæ 21. Jul. 1665. clandestina hæcce sponsalia edicto singulari-  
seuere prohibuit, cuius verba existant ap. Dn. Pagenst. ma-  
nip. 3. Sicil. 71. §. 6. Vbi tamen post vocem *Verwilligung/*  
*integralia linea omissa, nam addi debet:* *Der Eltern / oder*  
*derjenigen / welcher Einwilligung die gemeine Rech-*  
*te ic.* Quod idem edictum in comitatu Rauensbergensi  
A.O. 1688. publicatum esse testatur Lauterb. in coll. *Theor.*  
*Praef. Lib. 23. tit. 2. §. 34.* qui etiam consuetudinem Came-  
rae addidit. Idem alio edicto potentissimus Rex noster  
15. Dec. 1694. constituit, quod integrum Illustr. Dn. Stryk.  
tractati de *dissensu sponsalitio* p. 300. adiecit. Præterea eti-  
am Dn. Schilterus in *praxi iur. Rom. in for. Germ. Ex. 3.* §.  
12. laudat ius Hennebergicum, quod in sanctione matri-  
moniali constituit: *Als sollen die Verbrechere von der*  
*Obrigkeit mit Gefängnis / und Landes- Verweisung*  
*ernst*

ernstlich gestrafft/und die The vor nichtig erkandt werden. Imo quod filia minorenis, sine parentum consensu nubens, exheredari posit, id apud Monasterienses obseruari tradit Dn. Pagenstech. cit. loc. quod probat aus der Münsterschen Poltey. c. 7. §. zu dem so ist geordnet. Quin & in Clivia, quoad feuda, si filia sit ordinis equestris, per Landtags-Abschied die 14. Aug. 1660. §. So lassen in fin. & §. welches wir idem obtinere, ac edicto Serenissimi confirmatum esse, vult sape laudatus Dn. Pagenst. Interim si quis aliorum fere totius Germaniae locorum statuta ac confuetudines scire desiderat, euoluat Bruckner: in decif. matrim. part. 1. cap. 2. n. 70. Illud autem ex recensitis edictis & constitutionibus apparet, moribus nostris & patris & matris consensum requiri, qua in parte mores a iure Romano recedunt. vid. Carpz. Iur. Conf. l. 2. def. 44. vbi def. 45. & ani & auie consensum requirit, & præiudicium subiicit. Singulare autem est, quod in statutis Hamburgenibus etiam tutorum & curatorum consensus requiratur.

§. XXVI. Tertium capacitatis ciuilis requisitum  
diximus esse, vt personæ matrimonium contrahere  
volentes legibus non prohibeantur; omne enim quod  
contra prohibitionem legis fit, nullum est, L. 5. C. de LL.  
Intelligimus autem per prohibitionem legis eam, qua fit  
ob nimiam propinquitatem sanguinis vel affinitatis.  
Non vacat hic in fundamentum huius prohibitionis in-  
quirere; hinc breuibus tantum, quæ personæ iure diuino,  
quæ iure ciuili & canonico, ac tandem moribus prohibe-  
antur, adducemus, quod si ergo ad prohibitionem iuris  
divini, & quidem positiui vniuersitatis, respiciamus, repe-  
ritur illa Len. XVIII. vbi nuptias in linea recta in infinitum

E 3

Qui iure di-  
vino prohibe-  
antur

prohibitas videmus; Nam patris & matris nomine regulatiter omnes veniunt ascendentes, & filii nomine decidentes. In linea collaterali æquali tantum fratres & sorores; in inæquali materteram & amitam prohibitas constat. Inter affines prohibetur matrimonium cum nouerca, patrui vidua, cum nuru, vidua fratri, vxoris sorore, & hoc cum addita aliqua clausula. An autem quod de amita & materteram ibi habetur, etiam ad patruum & auunculum extendendum sit, valde disceptatur, vti videre est, ex ab utraque parte adductis rationibus a Gerhardo loc. de coniug. §. 275. usque ad 290. vbi Gerhard quidem paritatem gradus approbat, & ad obiectiones responderet; sed si accurate rationes & responsiones hæc ponderare quis vellet, non dubitarem, quin & quedam non nullius momenti excipere possit. Vnde Dn. Praesidi in diff. de nullitate matrim. quæ inserta est, tr. de diffensu sponsalitio Secl. s. §. 20. 21. probabilior videtur sententia, personas solum prohibitas esse, in cuius testimonium ibi & Lutheri sententiam ex Tom. II. Oper Ien. Germ. fol. 252. & Responsa Facultatis Iuridicæ Francfurtanae, Helmstadiensis, Kiloniensis, Rintelenfis, & Hallensis adduxit, quibus dispensatio in personis non expressis permissa est: addit tamen potius dissuadenda quam fraudenda esse istiusmodi matrimonia; maxime si dubia sit contrahentium conscientia, cum & qui dubia conscientia agit, peccet hinc talia matrimonia recte prohiberi. Eodem modo disputatur an quia matrimonium cum Patrui vidua prohibitum, idem obtineat, si masculus vxoris sororis filiam dicere velit? Quod non sine fundamento negari potest. Vid. Ill. Dn. Stryk. in. not. ad Brunn. Ius. Eccl. l. 2. c. 16. §. 26. & Dn. Praes cit. Diff. de Nullit. matr. §. 27. seqq. An autem dictum caput Lett.

*Lex. XXVII.* plane nos obliget, & utrum prohibitiones illae sint morales? vehementer adhuc disputatur. Cum vero ea de re pariter iam egerit Dn. Praeles *in cit. diff. de Nullit. matr. §. 15. seqq.* actum agerenolo. Hoc tantum adiicio, manifestum lignum moralitatis esse, quod Deus propter talia matrimonia, quæ ibi prohibuit, expulerit, & puniuerit gentes; adeoque ut solis iudeis lata lex, tamen ex intentione Dei vniuersalis est. Quo supposito, si iam queratur, quomodo Deus gentes expellere potuerit, cum gentes ex ratione naturali in plerisque illis casibus nullam turpitudinem agnoscerre potuerint? Iam dico, manum de tabula. Nostrum non est Deum defendere, qui iustissimus semper est, cum nihil hac de re nobis paterfactum fuerit. Sufficit exinde de feria volente Dei, quod vitanda sint illa matrimonia, constare. Vid. Dn. Praef. *diff. de Iure & Inst. matr. cap. 1. §. 29.*

§. XXVII. Ius ciuale Rom. in definiendis persona-  
rum nuptiis cum iure diuino in plerisque conuenit. Ete-  
nim hoc iure in linea recta nuptiae in infinitum etiam pro-  
hibentur, *§. 1. I. de Nupt. L. 53. & 68. ff. de R. N. L. 17. C. de  
nupt.* In linea collaterali æquali iterum tantum primus  
gradus prohibetur secundum computationem canonici-  
cam, per *§. 2. I. d. 1. iunct. §. 4. eod. L. 35. §. 1. ff. de V.O.* Por-  
ro in linea collaterali inæquali tamdiu nuptias prohibet,  
quamdiu adest respectus parentelæ per *§. 3. I. de Nupt. L. 9.  
C. de incest. & inutile. nupt. L. 2. C. si nupt. ex rescript. petan-*  
*tur.* Quoad affines ius ciuale iterum iis tantum casibus  
prohibet matrimonium, si inter personas sit respectus pa-  
rentelæ, veluti cum socio, nouerca, priuigna, nuro, item  
cum fratriis vidua & vxoris forore. In omnibus aliis ca-  
sibus id permittit. Ius canonicum vero longe vterius *Qui Iure Ca-*  
*nonico?*

progreditur. Proposuit enim Clerus sibi Pontificius, matrimonium durius ac difficilius reddere, eiusque libertatem omni modo restringere, & coarctare; quo ipso tam annon libidini extrauaganti occasionem præbuerit, prolixe inquirere huius non est loci. Hic tantum breuiter exponemus, quales & quot gradus ius canonicum prohibuerit. In eo conuenit cum iure ciu. quod in linea recta matrimonium in infinitum prohibeat Gerhard. *Loc. de Coniug.* §. 335. Quoad personas autem in linea collaterali, olim constitutum fuisse, ut quicunque vel septimo consanguinitatis, siue affinitatis gradu se se inuicem contingent legitimas nuptias contrahere non possent, testatur Lancellot. in *Inst. Lib. 2. tit. 13. §. 10.* & hic computacionem canonicanam intellectam fuisse, probat Ziegler. *ibid.* Hoc autem in concilio Lateranensi habito sub Innocentio III. anno 1215. mutatum esse, probat præter Zieglerum Gerhard. in *loc. de coniug.* §. 334. qui late de hac antiquorum prohibitione egit. Iure ergo Pontificio nouissimo in linea collaterali prohibitum est matrimonium usque ad quartum gradum inclusive per *cap. 8. X. de consangu. & affinit.* & hoc secundum computationem iuris canonici, qua tantum personarum distantia a communi stipite consideratur, non distantia personarum a se inuicem; Adeo ut tantum cum abauit sororis filia permisum iure can. sit matrimonium. Videtur autem etiam in linea inæquali respectum parentelæ attendendum esse in infinitum vid. Dn. Ludou. in *Doctrina ff. tit. de R. N.* §. 13. & ab eo allegatus Lynkius *ad decretal. ad tit. de consanga. & affinit.* §. 5. Quod si autem penitus inquirimus, cur tot illo iure prohibeantur gradus, id facile appareat ideo fieri ut a Pontifice dispensationes eo frequentius petantur. Vnde tot per-

Vera ratio  
prohibitiō-  
nis iuris  
Canon.

personæ prohibentur, vtque plures impetrantur dispensationes, eo magis ærarium Pontificis augeatur. Id quod solide demonstrat Marcus Antonius de Dominis *de rep. eccles. Lib. 5. c. u. n. 78.* vbi, non alia, inquit, *de causa Romani Pontifices, usque ad quartum gradum prohibitiones has extenderunt nisi ut frequentiores essent dispensationes, ex quibus immensa pecunia in eam curiam consuit, & assignata sunt in Cancellaria pro singulis remotioribus gradibus pretia:* Nam propinquiores compositiones facere debent sene ingentes, vbi præsertim coniages vel diuites sunt, vel magnates vel Principes. Et hoc procul dubio facit, ut leges ecclesiastice talium nuptiarum prohibitio sint prorsus iniustæ ac nullæ: Non enim honestatem & decentiam respiciunt, aut in re ipsa aequitatem sed solum proprium lucrum. Nemo enim, cui tales dispensationes negentur, & quotquot eas petunt, tot eas accipiunt, solo pretio exhibito, imo ne a Papa quidem postulantur, sed prostant in publico officio cuicunque accedenti venales. Quod vero Pontifices dispensationem in gradibus iure diuino prohibitis fibi arrogent, id non immerito abominandum vocat Ziegler *ad Lanc. Lib. 2. tit. u. §. 3.*

§. XXVIII. Sunt præterea speciales quædam prohibitiones extra consanguinitatem & affinitatem, e quibus <sup>Prohibitio-</sup> <sub>nes speciales</sub> <sup>Iuris civilis.</sup> vnam, quæ iure ciuili, & alteram, quæ iure can. introducta est, considerabimus. Iure ciuili notum est, tutorem a matrimonio pupillæ arceri *L. 36. ff. de R. N. tot. tit. C. de interd. matrim. inter pup. posito, quod pupilla vicesimum sextum annum egressa nondum sit L. 66. ff. de R. N. L. 7. ff. ad L. Iul. de adult.* Et hoc Senatus Confulto introductum esse patet ex *L. 59. de R. N. & seqq. L. 1. C. d. t.* idque ad orationem *D. Marci L. 67. §. 2. de R. N.* Cuius duas potissimum afferre solent rationes; quarum una est, ne pupillæ in re familia-

ri circumscribantur ab his, qui rationes tutelæ gestæ eis reddere coquuntur, sunt verba L. 64. §. 1. de R. N. Quare & filiū tutoris a matrimonio cum pupilla excludunt, cum hic itidem actione tutelæ teneatur; adeoque non solum post tutoris obitum, sed & viuo testatore prohibetur L. 67. pr. de R. N. cum viuo patre fraudis suspicio subsistit, commune enim votum parentum est, ut liberis omnia parent. L. 50. §. 2. ff. de Bonis libert. Id quod de quolibet tutoris herede statuendum videtur. Interim tamen tutor non prohibetur, filiam suam pupillo in matrimonium collocare per L. 5. C. de inserd. matrim. potest enim adulitus sine ullo metu rationem rei sua ab vxore, eiusque heredibus exigere. Gothofr. ad cit. L. Eadem ad nepotes & neptes extenduntur L. 59. de R. N. quin etiam ad patrem si filius fam. tutor fuit L. 67. §. 2. d. t. Nec ab hac prohibitione tutores honorarii exclusi sunt, cum & ad hos administrationis periculum pertineat. L. 3. §. 2. ff. de Administr. & peric. tur. L. 14. §. 1. ff. de solut. Quid autem de eo, qui pro tute fe gestit, dicendum sit, id exposuit Dn. Praeses in ante alleg. diff. de nullitate matrim. §. 66. Alteram rationem prohibendi addunt, quod propter vim & potestatem, quam tutores in personas pupillarum habent, & venerationem illis debitam, facilius consentiant, etiam re non recte per pensa. Bruckner in Decis. matrim. cap. 21. n. 3. Cum vero prima ratio sit principalis, ne sc. reddendis tutelæ rationibus fraus fiat, hinc sua sponte fluit, tutorem redditis rationibus, & illatis reliquis eamducere non prohiberi per L. 62. §. 2. ff. de R. N. Plerumque enim a tutoribus vel curatoribus eiusmodi nuptiae appetuntur, vt tegatur fraus administrationis, & impediatur restitutio, quæ posset competere ex fraudulentia gestione; idcirco ubi hoc cessat, & cum fraudis consilio per

per turpem auaritiam non contrahi nuptias constat, etiam prohibitio eatenus restringenda est. In L. 36. ff. de R. N. L. 6. C. de Interd. matrim. excipitur etiam casus, si pupilla talibus nuptiis a patre, cum decederet, fuerit destinata. Varie autem punitur tutor contra hanc prohibitionem agens sc. neque matrimonium illud, neque illa vxor, neque liberi legitimi, qui ex ea coniunctione suscepisti, esse consentur L. 66. ff. de R. N. iunct. L. 6. C. d. t. Imo & adulterii reus postulari potest L. 7. ff. ad L. Iul. de adult. Quin etiam in L. 64. pr. ff. de R. N. dicitur, quod relegandus sit, si proponas, libertum eundemque tutorem pupille, sibi eam filios suo in matrimonium collocasse. Præterea tutor sit infamis, veluti confessus de tutela male administrata, quia huiusmodi coniunctione fraudem administrationis tegere laboravit: sunt verba L. 7. C. de interd. matrim. atqui tutelæ iudicio damnatus pro infami habetur L. 1. & 6. §. 6. ff. de his qui not. infam. Prohibetur etiam iure civili matrimonium inter parentes, & liberos, ut & fratres & forores adoptiuos §. 1. & 2. Inst. de Nupt. Quod tamen hodie non obseruatur. Alios casus vid. L. 16. 28. & 32. de R. N. L. vn. C. de Rap. virg.

§. XXIX. Specialis iuris Can. prohibitio oritur ex De iuris Cognatione, quam fingunt, spirituali, de cuius fictionis origine quedam tradidit Dn. Schilter. in prax. Iur. Rom. Ex. 36. §. 50. Eam alias describunt, per attinentiam quandam prouenientem ex Sacramenti collatione, vel ad Sacramentum detentione. Vbi supponunt per duo Sacramenta baptismum & confirmationem (loquor ex mente Pontificiorum) hancce contrahi, eo quod per haec duo Sacra- menta homo spiritualiter renascatur, & perfectior Christianus reddatur conf. Dessel. in Erotem. Iur. Can. Lib. 4. tit.

ii. q.2. Ethacolim triplex fuit; *Paternitas, Compateritas & Fraternitas.* *Paternitatem* diuidunt iterum in directam & indirectam, *Directamque* contrahi dicunt inter baptizantem, & baptizatum, it. inter Patrinum & baptizatum. *Indirectam* vero inter vxorem, patrini, modo ante susceptionem cognita esset. add. Gonzalez. ad *Decretal.* tit. de cognat. spirit. cap. 8. *Compateritas* rursus erat vel directa vel indirecta. *Directa*, quæ inter parentes baptizati ac baptizantem, item inter parentes ac patrinos contrahitur. *Indirecta* vero, quæ extenditur ad vxorem compatriis, etiam si commater non fuisset, antea tamen cognita in coniugio, idque propter unitatem carnis. Gonzalez. cit. loc. *Fraternitatem* denique vocant, quæ cum baptizato & filiis naturalibus baptizantis ac Patrinorum contrahitur. vid. Ziegler. ad *Lanc.* L. 2. t. 13. §. 1. p. 451. Et omnes ha personæ prohibebantur inire matrimonium absque dispensatione i. e. absque oblatione certæ summæ, quæ ad æxarum Sanctissimi sc. Papæ referri posset. Nimirum autem hac fuit prohibitio, ita vt ea nec concilio Tridentino placere potuerit, quare Patres huius Concilii eam totam tollere volebant; Verum suffragiis vieti, eo res redigebatur, vt haec cognatio restringatur, ad susceptores ac baptizatum ipsum & illius parentes, nec non ad baptizantem & baptizatum, baptizatique parentes, per Concil. Trident. Sess. 24. c. 2. de reform. matrim. Dessel. cit. loc. §. 4. quæ restitutio a Pio V. anno 1566. 4. Calend. Decembr. confirmata, vt videre est apud Gerhard. loc. de Cœning. §. 366. Quanam alias circa hanc cognationem a Pontificiis adduci solent, ea collegit Gonzalez. ad *decreta cir.* loc. ad quem Lectorem remitto, effectum tantum breuiter addens. Nim ex mente Pontificiorum haec cognatio non minus ac naturalis impedit

pedit matrimonium contrahendum, & dirimit contracum Lanc. in Inst. Lib. 2. t. 13. §. 1. & Dessel. cit. loc. qu. 6. Hæc inter Pontificios obseruantur. Ecclesia vero Protestantum hanc prohibitionem reiecere, Illustr. Dn. Stryk in not. ad Brunnum. I. E. Lib. 2. c. 16. §. 19. Struu. Ex. 29. §. 40. Carpz. Iurispr. Consil. Lib. 2. d. 74. eo quod partim sit commentum superstitiosum, ac merum inuentum humanum multis absurditatibus inuolutum, partim conscientiis graue, quod multis explicat Gerhard. cit. loc. §. 367. vid. D. Schilter. cit. loc. §. 52. qui ad argumentum Pontificiorum a generatione naturali desumptum, respondet, quod omnino regenerationem sit spiritualis, quia Deus regenerat vid. 1. Petr. I. 3. & 23. Job. III. 5. non vero civilis: Hinc concludit, regenerationem nec societates ciuiles afficere, nec ciuilem operari effectum. Imo suscepentes nnil plane conferunt ad regenerationem ipsam, sed adhibentur tantum testimonii causa de collato rite baptismo, item ut orient pro baptizato, ac in facie ecclesie spondeant, se piam educationem ac institutionem in religione Christiana curatores. Idem cit. Author. §. 54. Sed & inter adulterum & adulteram prohibitum iure Canonico matrimonium Cap. 5. de Eo qui duxit in matrim. quam polluit per adult. De qua re videri potest Carpzov. Iurispr. Consil. I. 2. def. 14.

§. XXX. Tandem & hoc ad qualitates personarum matrimonium ineuntium pertinet, vt nullum adsit impedimentum consensus, sed omnia libero consensu fiant. Est enim consensus, vt obligationem producere possit, actus liberae voluntatis a sano atque integro iudicio profectus. Et hic consensus est, qui in matrimonio pro forma requiritur vid. Dn. Praes in Dissert. de Natur. matrim. §. u. & 12. Eo pertinet quod ius ciu. pariter ac canon.

(4) Ut nul-  
lum adsit im-  
pedimentum  
consensus.

nicum tantopere hoc inculcat L. 21. 22. 28. ff. de R. N. L. 12.  
 & 14. C. de Nupt. L. 134. pr. ff. de V. O. cap. 17. X. de sponsal.  
 cuius ratio redditur in Can. 4. C. 20. q. 3. *Quod quis non eli-*  
*git nec operat, prosector non diligit:* *Quod autem non diligit, fa-*  
*cile contemnit.* Nullum quippe bonum, nisi voluntarium. Re-  
 peritur etiam casus in L. 72. §. 4. ff. de Condit. & demonstr.  
 vbi habetur, nuptias in tertii arbitrium conferri non pos-  
 se, adeo ut, si sub tali conditione: *Si arbitratu Titi Seia*  
*nupserit:* legatum relictum, conditio pro non adiecta  
 habeatur; eo quod liberam nubendi voluntatem impe-  
 diat & restrinquit. *Quod Dd. adeo verum putant, ut nul-*  
*lo statuto aut lege contrarium induci possit.* Couarru.  
 de spons. part. 2. c. 3. §. 8. n. 8. Nec obstat, quod haec tenus  
 tot prohibitiones recensuerimus; spræterquam enim,  
 quod hoc sensu libertatem non capiamus, nam seruire le-  
 gibus optima est libertas; ita & hic tantum agimus de li-  
 bertate consensus, in illis, qui non prohibentur matrimo-  
 nium inire.

Quale est  
metus.

§. XXXI. Patet inde, quid sentiendum sit de coactio-  
 nibus ad matrimonium, & si quis metu adactus in matri-  
 monium consenserit. Evidem nullum hic adest matri-  
 monium. Requiritur autem metus iustus, qui sc. & in  
 constantem virum cadit, ac compulsiuus, qui cum vi &  
 violentia quadam coniunctus est; vti est metus instantis  
 mortis, corporis cruciatuum, tormentorum, carceris,  
 amissionis honorum, vel omnium vel magnæ partis vid.  
 Sanchez de matrim. Lib. 4. disp. 5. n. 27. Non ergo sufficit  
 metus talis, qui suadet tantum, & hortatur, non autem vi  
 cogit, nec compellit, qualis est metus reverentialis, timor  
 filialis, Beyst. de matrim. p. 2. c. 44. a quo tamen metu ver-  
 bera ac mina abesse debent, sic enim statim in compulsi-  
 vum

uum degenerat. Adstipulantur sententia nostræ cap. 14.  
§ 23. X. de Sponsal. nam cap. 14. ita ait Pontifex: *Cum locum non habeat consensus, ubi metus vel coactio intercedit, necesse est, ubi ad sensus cuiusque requiritur, coactionis materia repellatur.* Matrimonium autem solo consensu contrahitur: & ubi de ipso queritur, plena debet securitate ille gaudere, cuius animus est indagandus, ne per timorem dicat sibi placere, quod odit, & sequatur exitus, qui de iniuris nuptiis solet prouenire. Et hoc vt a parentibus omnibus ac singulis obseruetur, utique optandum, nil enim frequentius est quam vt parentes, vel aucti pandarum iniciarum, vel externorum commodorum causa, liberos plane in uitios ac repugnantes cogant.

§. XXXII. Vti autem metus impedit voluntatem Error.  
ita magis adhuc consensum omnem tollit error; consensus enim ex integro iudicio profici sci debet. Ast eo ipso dum quis errat, non consentit, quia putat rem aliter esse, quam est, adeoque recte dicit ICrus in L. 15. ff. de Iurisdict. errantis nullum esse consensum; si nullus consensus, nulla etiam obligatio. Idem quin locum habere debeat in matrimonio contraheendo, dubium nullum est. Solet tamen communiter distingui inter errorem circa substantialia, & circa accidentalia matrimonii: Quae distinctio recte explicata tolerari potest; sed habet tamen suas exceptions. Nam & quandoque error circa accidentalia viciat, si per modum conditionis sicut id, circa quod erratum, suppositum. Forte melius decidi casus possunt, si distinguamus inter errorem, quem evitare potuit errans, & quem evitare non facile potuit, ut illo casu non noceat error, bene tamen hoc casu. Ceterum error tantum negotium facit nullum respectu errantis, qui, si non obstan-

stante errore, contractum seruare velit, subsistit matrimonium. Cuius exemplum habemus in matrimonio Iacobi cum Lea, quam Rahelem esse putauit. *Gen. XX, v. 22. seqq.*

**Et Dolus.**

§. XXXIII. Tertium quod consensu obstat est dolus, nam, qui dolo inductus ad agendum, rem iterum alio modo sibi concipit, quam reuera est, & sic exulat consensus. Habet enim, quod quis, dolo alterius inductus, promittit, semper tacitam conditionem, si res eo modo se habeat; cessante ergo hac conditione, cessat consensus, & ita etiam obligatio. Solent quidem & hic *Doltores* multi distinguere inter dolum, qui concernit *substantialia* matrimonii, & qui *accidentalia*: at vero haec distinctio nullo nititur fundamento, nam & dolus circa accidentalia matrimonium vitiat, & nullum reddit; vide pluribus hac de re *Dn. Præsidem cit.* *Diff. de Nullit. Matrim. §. 50. seqq.* ubi & preiudicia adducit.

**Transitus ad qualitates internas.**

§. XXXIV. Postquam haec tenus satis, pro instituti ratione, de qualitatibus externis personarum, matrimonium inire volentium, dictum, etiam paucis quedam de qualitatibus internis adiicienda. Haec enim necessarie sunt, ut verus matrimonii scopus, eiusque effectus etiam in foro interno obtineatur.

**Vbi requiriatur (1) Ut ad sit iustum iudicium.**

§. XXXV. Quemadmodum vero inter qualitates externas, primo loco requirebatur iusta aetas, iustumque iudicium, & ut quisque sufficientem habeat rationis visum, ita non minus iudicium requiritur in foro interno. Ut scilicet, ante omnia, matrimonium initurus sciat, quale sit hoc negotium, quo illud iusto in pretio habere possit. Hoc enim si non recte prius ponderauerit, non aliter quam coeco impetu, & ut homo ratione destitutus illud

aggre-

aggregatur. Hic vero ante omnia considerabit matrimonium ab ipso Deo esse institutum, adeoque non ab hominibus pro suo arbitrio esse ineundum, sed secundum voluntatem diuinam, quæ maxime ex circumstantiis institutionis eruenda; ceu pluribus demonstrauit Dn. Preses *Diss. de Iure & Instit. Matrim. Cap. 2. §. 14. seqq.* Considerabit porro, matrimonium esse quidem negotium humanum & civile, sed tale tamen, quod simul est figura magni illius mysterii vnionis scilicet inter Christum & Ecclesiam suam, vti Paulus testatur *Epiſt. ad Ephesos Cap. V. v. 32.* adeoque matrimonium, tanquam typus, debet conforme esse antitypo; cum nihil possit esse imago alterius, quod non cum originali concordat. Vnde & Apostolus ibidem *v. 22. seqq.* quando officia coniugum exhibet, exprefſe requirit, vt non tantum ex naturali instinctu fieri debant, sed in timore Dei, & habito respectu ad Christum. Quia in re iterum me remitto ad cit. *Diss. Cap. 2. §. 47. seqq.* addatur etiam Dn. Praef. *Diss. de Naturâ Matrim. §. 48.*

§. XXXVI. Cum itaque tam diuinam habeat originem matrimonium, & tanta quoque benedictione a Deo dignatum, non sane oportet illud illotis auspicari manibus, sed debito modo id inchoandum, precibus sc. ad Deum fusis, vt is coepit secundet, siamque addat benedictionem. Sed & præparatione iusta opus est, vt animus firmissimum habeat propositum, illud secundum Dei voluntatem inchoandi.

§. XXXVII. Deinceps, vti in prima Institutione legimus, Deum ipsum Euam formasse, & Adamo tradidisse, ita & hoc incumbit, volenti hoc negotium suscipere, vt a Deo ipso sibi petat coniugem, qui & noa deerit, licet non eo modo visibili, vt Adamo, tamen alijs modis, & signis,

G

ipſi

(2) Ut ordi-  
ne & decen-  
ter ineatur.

(3) Coniux  
Deo petatur.

50 CAP. I. DE QUALITATE ET CONDITIONE

ipſi talem personam eligere; si quis modo ad vestigia prouidentiae diuinæ, que ſe maxime in matrimonii exerere ſolent, accurate respiciat. Sane rem ipsam cuncti fatentur, dum in omnibus fere litteris nuptialibus scribi ſolet: *Nachdem es ſich durch Gottes ſonderbare Schickung begeben.* Sed dolendum, quod haec tantum ex conſuetudine, & recepto ſtylo adiiciantur, pauciflmi vero de ductu diuino certi ſint, ſed, quia Deus etiam que male ab hominibus fiunt permittit, omnia ductui diuino adſcribunt.

(4) Verus finis intendatur. **§. XXXVIII.** Quemadmodum ſupra diximus, ad qualitatem externam requiri capacitatem ad obtinendum finem matrimonii, ita ad qualitatem internam requiritur, ut quis iustum finem, cuius cauſa matrimonium a Deo inſtitutum, intendat. Scilicet, ut ſociam vita habeat ad mutuum conſortium, & procreationem ſobolis. Neque tamen ſolum corporis conſortium, ſed & vel maxime animorum quari debet: neque tantum, ut adiutorium habeat in externis negotiis huius vita, ſed & in negotiis ſpiritualibus, veram fidem pietatemque concernentibus. Idem intedit Deus in prima inſtitutione, dum eum in finem Adamo Euam iunxit, vt ambo iunctis viribus animi Deum laudarent, ſecundum eius precepta ambularent, eique toto corde feruient, liberosque ederent, ac educarent in vera pietate & timore Dei, ut capaces ſint Deo, proximoque ſincero cultu feruendi. Videatur pluribus hac de re Dn. Praefes Diff. de Fine Matrim. in ſpecie §. 27. ſeqq. vbi §. 31. ſeqq. quatuor fines falſos ob quos plerique in praxi matrimonia contrahunt, exponit.

(5) Coniugem eligat per- **§. XXXIX.** Ut autem hic finis eo melius obtineri poſſit, querere oportet coniugem talem, de cuius vero timo-

timore Dei & probitate certo constat, vt cum illa vera coniunctio non corporis tantum, sed & animi, & fidei haberi possit. Vti enim omnes Christianorum sociates eo tendere debebant, vt alter alterum ad veram in Deum fidem, veramque pietatem excitaret, ita multo magis in ipso matrimonio, arctissima illa societate, hoc simul & pri-mario attendendum. Ast, si quis infidelem, improbam, prauis affectibus deditam, & omni timore Dei destitutam feligat coniugem, quaf? qua potest ratione a Deo propositum sibi secupum obtainere? ipse potius in magno erit constitutus periculo, ne propter intimum illum nexum, qui inter coniuges est a vera via abducatur, Deumque tandem matrimonii autorem, a quo benedictio sola exspectanda, plane deferat.

S. XL. Videmus haec, quæ modo dicta, vt ut a plerisque non attendantur, ipsi Scripturæ Sacrae conuenire. Quod si enim ad tempora post creationem cœli & terræ respiciamus, quid causam corruptioni humanæ, & sic ipsi diluvio dederit, statim apparet, matrimonia cum improbis contracta causas corruptionis, & ita diluvii fuisse. Ita enim legimus Gen. VI. multiplicatis hominibus, filios Dei, filias hominum adspexisse, quod pulchre essent, & duxisse sibi uxores, ex omnibus, quas eligebant v. 1. & 2. sed notandum quod immediate subiiciatur v. 3. Quare dixit Iehovah, non arguet Spiritus meus homines in perpetuum, caro enim est. Ex quibus fatis patet, quam infelicissimum illa matrimonia habuerint euentum. Ast eodem modo dicitur, rem se habere debere in temporibus ultinis, vti tempore Noachæ. Matth. XXIV, 38.39. Iuc. XVII, 27. Et utinam non mores nostri Seculi moribus illorum temporum nimis conuenirent! Sunt tamen plura adhuc loca in

G 2

S. Scri-

sonam honestam, piam, probamque.

Probatur  
hoc ex S.  
Scriptura.

S. Scriptura, vbi matrimonium cum in fidelibus ex eadem ratione a Deo seuere prohibitum. *Conf. Exod. XXXIV, 16.*  
*Deut. VII, 3. 4. Iosua XXIII, 12. 13. Iud. III, 5. 6. 7. Efræ IX, 2.*  
*X. 2. seqq. Tob. VII, 14.* Evidem in nouo testamento non videtur, matrimonium cum infideli expresse prohibitum esse. Interim tamen nec ullibi in N. T. ius illud correctum, non *i. Cor. VII, 12. seqq.* agitur enim ibi de matrimonio iam ante conuersionem contracto, non de contrahendo. Nec defunct loca, ex quibus id per bonam consequentiam deduci possit, cum & in nouo testamento eadem adsit ratio. Ita Patres potissimum Ecclesiae eandem fouterunt sententiam, & ad loca *i. Cor. VI, 15. VII, 39. 2. Cor. VI, 14.* prouocarunt, Vid. Cæcil. Cyprianus *Tessim. ad Quirinum Lib. III. §. 62.* Vnde & idem, quando *in tract. de lapsis p. 123.* varios Christianorum mores corruptos recenset, inter alia ita differit: *Non in sacerdotibus religio devota, non in ministris fides integra, non in operibus misericordia, non in moribus disciplina: corrupta barba in viris, in feminis forma fucata, Adulterati post Dei manus oculi, capilli mendacio colorati.* Ad decipienda corda simplicium callide fraudes, circumveniendis fratribus, subdole voluntates. *Iungere cum infidelibus vinculum matrimonii, prostituere genitilibus membra Christi;* &c. Add. Augustinus *Lib. de Fide & Oper. c. 19.* Itemque Tertullianus *Lib. 2. ad Vxor. c. 2. seqq.* & Ambrosius *L. 1. de Abraham. 19. & Ep. 70.*

**An æqualitas religionis requiritur in coniuges.** §. XLI. Liceat hac occasione etiam de ea hic dispicere quæstione, vtrum in iis, qui matrimonium inire volunt, eadem requiratur religio: Et an liceat, expediatque, coniugem eligere diuersæ religionis? Circa hanc quæstionem autem ante omnia monendum est, nos hic voce religionis in consueta significatione vti, quatenus confessio dici solet,

folet, & nihil aliud est, quam professio doctrinarum fidei. Vbi, qui a se inuicem in opinionibus circa hanc vel illam doctrinam dissentient, diuersae religionis esse dicuntur: quanuis secundum veram & natuam significacionem religio longe aliud & sublimius quid significet, de quo tamen hic plura adiicere, nostri non est instituti. Quod itaque ad ipsam questionis decisionem attinet, bimembbris illa est, an liceat? an expedit? si illud queratur, sine difficultate dici potest, inter tres Religiones Christianorum in Imperio receptas, permissa esse matrimonia, & iure approbata. Sivero quid expedit, quid veris iuris diuini principiis conueniat, dicendum, distinctim hoc expedendum. Si enim dissensus ipsa fundamenta fidei concernat, vt est inter pontificios & euangelica religioni addictos, vtique ab eiusmodi nuptiis abstinentium esse existimo, cum ita coniuges non possint in vera unitate spiritus & fidei sibi inuicem esse adiumento. conf. Carpzouius *Iuris pr. Conf. I.2. def. 6.* vbi plures adhuc rationes adferunt. Quod si vero dissensus tantum alia doctrinae capita concernat, tum ille non impedit nuptias, si modo utraque pars, in eo conueniat, quod Deum sincero corde colere, ac per totam vitam ei omnibus animi viribus, virtute gratiae diuinæ seruire, sibique inuicem ad hunc scopum adiumento esse velint. Tum enim, saluo amore erga Deum & se inuicem, alter alterius dissensionem facillime tolerabit. Contravero, vbi vera pietas & timor Dei in persona quadam non reperitur, ibi dissuadendum tanquam periculosum id matrimonium, etiam si uterque eiusdem sit religionis.

§. XLII. Præter ea quæ dicta sunt hoc etiam incurrunt personis matrimonium contrahere volentibus, ne ad honestis v-

(6) Mediis  
hoc obtinendum mediis illicitis, turpibus & improbis, vt  
tatur.

communiter fieri solet, vt tantur. Inde abstinentia, a corruptionibus, concussionibus, fallis persuasionibus, & aliis modis, quibus conciliare sibi coniuges, improbi homines solent, sed cordate hic, & sincero animo agendum, omnia oportet ut diuine committantur prouidentiae.

(7) Ut matrimonium modo Christiano inchoetur.

§. XLIII. Tandem autem & hoc non omitendum, quod si hoc modo ineatur matrimonium, illud etiam non ethnico sed Christiano more consummetur & inauguretur. Constat enim ex deploranda praxi, quod quidem matrimonium inter Christianos pro re sancta habeatur, sed si videamus, qua id ratione contrahatur, sane bacchanalia potius, quam nuptias celebrari dixeris. Quod ne cui durius videatur, adducam testimonium Ludov. Vives de Christ. fem. l. 2. c. 13. vbi ita emphatice differit: *Nupie si sint sacramentum, si castum & purum Opus, cui adesse Deum scimus, velut aufficem, ecclesiam videmus faciem preferre, tanquam pronubantem; quorū attinent tot flagitorum & nequitiae instrumenta, coniuua virorum & seminarrum, coetus a vino & crapula saltantium, vellicantium, palpantium, nugantium; omnibus ad accendendam libidinem compositis, tanto cultu, tanta pompa?* Et Erasmus de Christ. matrim. p. 264. *Quis docuit sanctam coniugii professionem, a bacanalibus aufficari?* Alia hac de re testimonia adduxit Dn. Praes. Diss. de Reliquis Sacram. in matrimon. Cap. 3. §. 49. & seqq.

De reliquis  
requisitis re-  
misive.

Concluditur

§. XLIV. Plura requisita in contraendo matrimonio obseranda, ut iuste, & secundum intentionem Dei, autoris eius, ineatur, exemplo Tobie tradidit Dn. Praes. Diss. de fin. matrim. §. 42. & seqq. quo in presenti lectorem remitto.

§. XLV. Ut vero haec quae de interna qualitate per-  
fona-

sonarum dicta sunt, eo magis illustrentur, cum illi, qui caput cum omnia secundum normam communis consuetudinis iudicant, sepe magis exemplis, quam rationibus conuincantur, adducam exemplum, quod re vera ita contigit. Cum enim quidam in eo esset, ut cum femina quadam, publica & solennia sponsalia contraheret, in praesentia agnatorum ab utraque parte, hoc sermone negotium auspiciatus est:

Es ist bekannt was die Ursache dieser unser Zusammenkunft sey/ und warum ich mich erfühnet/ sie hieher zu bemühen; nemlich dass sie mögen Zeugen seyn/ bey meiner ietzigen öffentlichen Verlobung. Weil aber diese Sache von solcher Wichtigkeit/ so bitte gar inständig/ ehe wir zum Hauptwerk schreiten/ mir zu erlauben/ meinen warhaftigen Sinn und Meynung/ desgleichen meinen Zwey/ bey dieser Sache/ Ihnen allen aufrichtig zu eröffnen; damit sie künftig/ vor iederman/ ein desto gewisseres Zeugniß hievon abstatten können.

Heyrathen ist eine gemeine Sache/ die wenigsten Menschen können ausser dem Ehestand leben/ ja der Erieb ist natürlich/ der beide Geschlechte sucht zu vereinigen. Dahero die meisten Menschen/ dieses/ weil es fast allgemein/ vor eine gar geringe Sache achten. Allein/ wenn man Sie etwas genauer ansiehet/ findet man bald/ dass es eine hochwichtige Sache sei/ davon der meisten Menschen Wohl und Wehe größten Theils dependiret. Hat nicht Gott selbst den Ehestand eingesehet/ und Adam mit Eva verbunden? das ist gewiss nicht unsensoit geschehen. Es ist also der Ehestand kein Werk von Menschen eingeführet/ sondern von Gott selbst/ der die Menschen tüchtig dazu macht/ eingesetzt. So muss demnach/ wie in allen Dingen/ also auch vornehmlich hier/ der Wille Gottes als des Urhebers und Stifters/ die einzige Richtschnur seyn. Gott muss selbst die Heyrath machen/ und die Ehe Leute zusammen führen/ und Sie segnen. So wird die Ehe nach dem sonst gemeinen Sprichwort/ im Himmel gemacht. Wir müssen gleichsam wie Adam schlafens/

sen / und Gott ganz gelassen seyn/ bis Er uns eine Eva zu führet / die wir nur bey Ihm suchen / und aus seinen Händen annehmen müssen.

Eine jede Sache kan gut und böse seyn / nach der unterschiedlichen Absicht die der Mensch dabey hat / denn auch die heiligsten Dinge werden unheilig / wenn Sie aus böser intention geschehen. Also kan auch der Ehestand gut und böse / heilig und unheilig seyn / nach der unterschiedlichen Absicht / so die Menschen dagehaben.

Gott hat Adam die Eva zugeführt zu einer Gehülfin; weil Er es nicht gut ansahe / daß der Mensch alleine sei. Aber zu welcher Hülfte? etwan nur zur leiblichen äußern Hülfte? allein dieser brauchte Adam nicht / da er noch im Paradies war; oder vielleicht nur zur Hülfte Kinder zu zeugen? Nein. Denn wir lesen nicht daß Adam im Paradies Kinder gezeugt habe/ denn es hies erst nach dem Fall: Und Adam erkantde sein Weib Eva; Sondern / Gott sahe schon von ferne / daß sich in Adam etwas regete / und er ihm untreu seyn würde; damit er Ihm nun davon zurück halte / gab er Ihm eine Gehülfin/ damit Sie beyde desto ungehinderter in dem Paradiesischen Leben/nach dem Willen Gottes wandeln/ mit einem Munde und Herzen Gottesloben/einer den andern stärcken/von aller Sünde abmahnun/ und also in solcher Unschuld Kinder zeugan solten/nach ihren Bilden/ und also auch nach dem Bilde Gottes/ auf daß die Welt mit Menschen erfüllt und Gottes Mahme an allen Enden und Orten der Erden möchte hoch gepriesen werden. Daher auch Adam/ da er wegen seines erschrecklichen Abfalls von GOTTE zur Nede gesetzt ward / warum er vom verbothenen Baum gegessen / sich damit rechtfertigen wolte: das Weib das du mir gegeben hast gab mir und ich aß. Gleich als wolle Er sagen. Gott hätte Ihm ja die Eva zu seiner Gehülfin gegeben/ warum hätte sie ihm dann den Apfel gegeben. Also ist wahrhaftig Eva die von Adam eine Gehülfin zum Leben seyn sollte/ Ihm eine Gehülfin zum Tode worden.

Die-

Dieser angezogene Zwey nun / muß auch der vornehmste  
Zwey bey allen denen seyn / die in diesen Stand treten wollen / daß  
Sie sich also mit einander vereinigen / daß Sie mit einem Geiste  
und mit zusammengesetzter Kraft / Gott loben und ihm dienen /  
sich untereinander stärken und ermuntern / in allen geist- und  
leibl. Nöthen / welche nach dem Fall dazu kommen / einer dem an-  
dern beystehen / Glück und Unglück mit einander theilen / auch  
nur zu dem Ende Kinder zu zeugen suchen wollen / daß Gottes  
Nahrung aus vieler Munde gepriesen / und dieselbe zu Werkzeugen  
der Ehre Gottes und des besten des Nächsten erzogen wer-  
den mögen.

Wann man nun diesen Zwey des Ehestandes also betrachtet/ so siehet man gar leicht/ daß nicht aller Menschen Ehen einerley seyn/weil sie nicht alle einen/ und zwar den rechten Zwey haben. Denn welche nur aus fleischlicher Lust/ oder natürlichen Trieb/ ihre Begierde zu sättigen/ heyrathen/ die thun nichts anders/ als das Vieh. Und kan daher solches mit recht eine Viehische Ehe genemmet werden. Andere fangen es zwar mit Vernunft an/ überlegen was ihnen nützlich sey: der eine suchtet Ehre und Beforderung durch die Heyrath/ der andre gute Mitleid/ der dritte Schönheit und dergl. und wenn dan die Sache durch viele intriquen wohl incaminirt/ und also der Zwey erhalten worden/ so mey net man wunder/ wie es so schone angefangen; da heißt es/ dieser hat wohl eine gute partie gehan. Allein/weil Gottes ganz dabey vergessen wird/ und alles nur aus Eigennutz und bösen Begierden geschiehet/ so mag es wohl eine Vernünfftrige Ehe/ auf gewisse masse/ genemmet werden; allein weil sie ohne Gott und zu keinen guten Zwey angefangen/ so ist es eine Heydnische/ böse und verfehlte Ehe. Das ist dan allein eine gute Christliche und heilige Ehe die mit Gott und zum guten Zwey wie vorhin gesagt angefangen ist/ und diese allein wird des göttlichen Segens theilhaftig.

Denn daher kommt es / daß viele Ehen die man meynet / noch so flug angefangen zu haben / hernachmals die allerunglück-  
H felig-

seligsten werden. Denn weil man eine Sache die Gott selbst eingesetzt und dazu er allein Segen und Gedeyen geben kan/ ohne Gott/ und wider seine Ordnung/ aus falscher Absicht/ unterschreibt/ so muß nothwendig an statt des Segens die Strafe Gottes und der Fluch folgen.

Im Gegentheil/ was kan schöner/ was kan angenehmer/ was kostlicher seyn/ als eine mit Gott angefangene und in seinem Rahmen vollzogene Ehe? O was vor Trost/ was vor Erquickung/ was vor Hülffe findet da einer bey den andern? wie leicht wird alles Creuz/ weil es von beiden gerungen wird? Und da sie beyde einen gnädigen Gott und Vater haben/ der da reich ist von Barmherzigkeit/ welches manigfältigen Segens/ können solche Eheleute nicht theilhaftig werden? Mit einem Worte: Eine solche Ehe ist ein kleines Paradies/ in diesem Leben.

Reliqua non addo quibus hanc suam intentionem esse declarauit, & ex sponsa, an in hanc finem cum ipso matrimonium contrahere velit, quæsiuit.

## CAP. II.

De

### IVRIBVS PERSONARVM QVÆ IVSTAS CONTRAXERVNT NVPTIAS.

#### §. I.

Ratio connexio  
nionis.

**P**ostquam in praecedenti capite de conditione & qualitate personarum non tantum externa, qua in foro humano & externo, sed & interna, qua in foro interno seu conscientiae & coram Deo, requiritur, pro Institutiratione, sufficienter actum; nunc ordinis ratio, & ipsa quoque connexio rerum exigit, ut de iuribus quoque & priuilegiis qua ex matrimonio iuste contracto descendunt, sed iterum generatim solum, agatur. Monendum

dum tamen circa rubricam huius capitatis, quod hic per iura intelligamus omnes effectus matrimonii, imo & omnia commoda, quae ex matrimonio iuste & debite contracto resultant.

§. II. Ante omnia etiam hoc supponendum est, quod matrimonium iustum, & secundum leges contractum esse debeat; si enim contra leges initum, & personae contractentes debitibus qualitatibus destituuntur, illud ipso iure nullum est. §. 12. *Inst. de Nupt. L.5. C. de LL.* Cum vero supra dictum sit, non tantum externas sed internas requiri qualitates, notandum ob defectum illarum matrimonium esse nullum, non vero ob harum defectum, sed matrimonium, licet non secundum voluntatem Dei, & debita requisita interna contractum, tamen efficax & validum est. Verum tales coniuges iuribus & priuilegiis spiritualibus destituuntur. Quosnam autem effectus & quae iura producat matrimonium sancte & iuste contractum infra dicetur.

§. III. Inter Iura, quae in foro externo obtinent in-dissolubilitatem primo loco referimus: Quae in eo consi-  
stit, quod alter in alterum ius perpetuum habeat, quod nec vnius nec vtriusque voluntate dissolui possit, sed ad mortem usque continuandum. Et hoc etiam est, quod eo tempore, quo nuptiae contrahuntur, alter alteri pro-mittere solet. Hoc itaque ius commune est vtrique coniugum, ita ut vterque alteri æqualiter obligetur, nulla distinctione facta, inter maritum & vxorem. Cuius rei fundatum si inspiciamus appetit, ipsi naturali rationi hoc conuenire, cum coniugium perpetuum ad obtinendos fines aptius sit. Quia enim duo sunt fines principaliores, mutuum adjutorium, & procreatio sibi &

hæc etiam liberorum educationem, & in fide ac timore Dei institutionem comprehendit, hinc colligit ratio, melius esse, si perpetuo cohabitent, quoniam educatio illa eo melius peragi poterit. Add. Illustr. Dn. Thomas. *Fundam. Iur. Nat. & Gent. Lib. 3. c. 2. §. 17.* Deinde preceptiue in prima coniugii institutione iniuncta est insolubilitas, nam *Genes. u. 24.* ita legitur: *Propterea deseret homo Patrem & Matrem, & agglutinabitur uxori suo & erunt duo in carne una.* Vbi nota[n]ter dicitur: *agglutinabitur:* quod salvator noster in N. T. explicat per vocem: *πεστιλλεθήσεται* significans in Germ. *angelemt werden* / ad similitudinem sc. conglutinatorum asserum, qui eo animo conglutinantur, vt perpetuo adhærent: Quibus vinculum illud arctissimum, ac individua vita consuetudo non obscure innuitur. vid. Dn. Praes. *Diss. de Matrim. Iure & Inst. Cap. 2. §. 21.* Ob quam causam Christus motus, vt rem *Matth. XIX, 5. 6.* clarius exponeret, ita enim loquitur: *Inaque iam non sunt duo, sed una caro.* *Quod ergo Deus copulauit, homo ne separet.* Vbi vox *una caro* de arctissima illa coniunctione intelligenda, vbi mediante vinculo coniugali ita connexi sunt, vt, licet duo permaneant, vti semper fuerint, tamen pro uno habeantur; eo quod non tantum velle ac nolle ambobus idem sit, sed & quod quasi sint una scaturigo, idem fons, vnde liberi procreantur. Quæ latius deducta sunt, a Dn. Praeside in dict. *Diss. cit. loc. & §. 22. & in Diss. de Natura matrim. §. 27.*

**Locus tamen interdum diuinitutio.** §. IV. Quando vero diximus, matrimonium esse vinculum indissoluble, intelligentum hoc est ex voluntate Dei, & ipsorum contrahentium, qui sibi individuam vitæ consuetudinem promittunt. Interim cum hoc negotium sit bilaterale, & ab utraque parte æqualiter obliget;

get; hinc tacitam habet conditionem, si non altera pars vinculum hoc rumpat, sic enim nec altera amplius eo tenetur. Rumpitur autem vinculum, quando unus ex coniugibus, illud facit, quod omnem fidem coniugalem tollit. Fit autem hoc primo, quando violat illam unitatem carnis, & tertio copiam sui corporis facit. Cum tamen neutra pars post contractum matrimonium potestatem corporis sui habeat. *i. Cor. VII, 4.* Imo & ipsi pacto matrimonii hoc inest, quod quis vni & soli velit concedere copiam corporis sui. Inde conceditur diuortium ob adulterium. *Marth. XIX, 9.* Et ex eadem quoque ratione constat, id est esse, siue vxor siue maritus, hoc vinculum ruperit. Quanquam multi hic dissentiant, ex ratione, quod maius damnum marito per adulterium vxoris detur, dum partum alienum ingerit, quam vxori per damnum mariti; Sufficit tamen utrumque vinculum rumpere matrimonii & contra fidem datam agere. Deinde rumpitur vinculum illud, si pars altera coniugem malitiosa deserat; nam hoc & naturae coniugii, & fini utriusque est aduersum. Vnde conceditur diuortium ob malitiosam desertione *i. Cor. VII, 15.* Tertio denique sine ullo dubio vinculum matrimoniale rumpitur, quando coniux coniugi insidias vitae struit, ut effectus ipse non fuerit secutus. Quis enim cum tali persona indiuividuum vitae consortium habere posset, a qua sibi periculum vitae imminet. Imo talis persona non solum matrimonii, sed ipsum humanitatis vinculum rumpit. Vnde & ob hanc causam diuortium habere locum pluribus probauit Illustr. Dn. Stryk. *Diss. de Diuortio ob insidias vite struas.*

§. V. Sed dixerit quis, cur nos diuortium tantum in eo casu concedamus, ubi vinculum & nexus matrimonialis

H 3

De diversa  
ratione Vet.  
& Nov. Te-  
mptationis

zni dissoluitur, cum tamen in Veteri Testamento ex causis  
multo leuioribus permisum fuerit diuortium? Verum  
ad hoc respondet Saluator noster Matth. XLIX. vbi versu 4.  
& 5. cum ex eo quærerent Pharisei, an iustum sit vxori da-  
re repudium? eos remittit ad primam creationem homi-  
num, & institutionem matrimonii: & deinceps v. 6. sub-  
iungit: *Quare non amplius sunt duo sed una caro, quod er-  
go Deus copulauit, homo ne separet.* Et cum illi porro in-  
tarent, cur Moses praecepit dare libellum diuortii, notan-  
ter Christus respondet v. 8. *Moses NB. permisit dimittere  
vxores ob duritatem cordis vestri. Ab initio autem non fuit sic.*  
Vbi tandem pro regula generali ponit v. 9. *quod nemo de-  
beat dimittere vxorem suam quam propter fornicationem.*  
*Quo ipso omnes leuiores causas diuortii excludit: & illud*  
*ob talen tantum causam permittit, quæ naturæ & fini  
matrimonii est contraria. Vnde causa equalis, vt malitio-  
sa desertio, & maior adhuc, vt insidie vitæ structæ non*  
*excluduntur.*

(2) Mutuum  
Consortium  
& adiuto-  
rium.

§. VI. Porro ex matrimonio legitime contracto ori-  
tur ius mutui consortii & adiutorii. Quod pariter ius  
est utriusque coniugum commune. Intelligo autem per  
mutuum consortium, quod vxor viro debeat esse adiu-  
torium non solum in liberorum generatione, & educa-  
tione, sed & in familiæ administratione, in paranda ac con-  
seruanda refamiliari, in periculis, morbis & aliis aduersitä-  
tibus; imo in omnibus, in quibus utilitatem mariti pro-  
mouere possit. Verum & ipsius mariti hic idem est offi-  
cium, hac enim in parte nulla est diuersitas. Nihil itaque  
tam humanum est, quam in fortuitis casibus mulieris ma-  
ritum, vel mariti vxorem participem fieri. L. 22. §. 7. ff. So-  
lit. Matrim. Id quod Salomo quoque agnouit, dum Eccl. 4.  
8. Nov. T. 1. 11. 12.

IV;

*IV. 9.10. II. 12.* ait: Melius sunt duo quam unus, quia est eis merces melior ex labore suo; Nam si cadunt, unus erigit socium; Secus si unus quandoque cadit, non est secundus ad erigendum eum. Etiam quando cubant duo, calefit illis: vni autem quomodo calefit? Unus potest superari, sed duo possunt resistere, quia solum triplicatum non facile conuellitur. Hinc *Malach. II. 14.* Vxor vocatur socia. Sicuti autem inter socios bonorum & malorum debet esse communio: Ita etiam coniuges sunt socii, qui vitæ cruxinas sibi leniant, & fidem operam præstent.

§. VII. Hæc de iuribus vtrique coniugum communibus dixisse sufficiat; nunc pauca de iuribus vni parti so- Imperium mariti.  
 li competentibus, sed paucis, agemus. Præcipua autem prærogativa mariti in eo consistit, quod ipse sit caput vxoris & totius familie. Sicuti igitur caput imperium habet in reliquias corporis partes, ita & marito competit imperium in totius familiae partes, consequenter etiam in vxorem. Id quod summum. Numen disertis verbis præcepit *Gen. III, 16.* Voluntas tua subiecta esto voluntati mariti, & hic erit Dominus tuus *Conf. I. Cor. XIV, 34. Eph. V, 22. Coloss. III, 18. I. Timoth. II, 11. 12. I. Petr. III, 1.* Quod iure ciui. obtineretur videtur, cum vel plane nulla vel saltim exigua fuerit mariti potestas, ut videre est *ex L. 2. §. 1. ff. Solut. matrim. & in L. 48. pr. ff. de Oper. libert. vbi dicitur vxorem esse in officio mariti, & in L. 14. fin. ff. Solut. matrim. vxorem viro reuerentiam exhibere debere.* Interim tamen cum imperium mariti in ipsis legibus diuinis fundatum sit, non opus est, vt de legibus humanis summopere simus solliciti: quamuis nec illud a ratione iuris ciuiliis alienum esse existimem. Ut itaque hoc eo melius exerceri possit, requiritur ex parte mulieris obsequium, quod se maxi-

maxime exerit in negotiis œconomicis, & aliis ad familiam pertinentibus. Imo & id operatur illud Imperium, quod si maritus domicilium mutet, vxor eum sequi teneatur. Quod tamen non indistincte obtinere puto sed tantū si ex honesta & non turpi causa domicilium mutet. Pertinet huc casus, qui ante aliquot annos hic loci contigit, vbi quidam animo sibi proposuerat, domicilium suum in Americam transferre, vxor autem sequi solebat, quærebatur an compellenda sit? Hic sane videtur affirmatiuam obtinere, cum hanc mutationem ex iusta causa intenderet, vt ibi eo melius viatum & amictum sibi comparare possit. Verum ego nihilominus exstimo, vxorem non teniri; cum eiusmodi mutatio non modo cum summo periculo vitae coniuncta sit, sed & illa prætentia causa non adeo honesta sit, vti quidem primo intuitu videtur, cum fundamentum eius sit incredulitas, & fuga laboris. Hunc enim si quis non reformat, facile potest in ipsa quoque Germania, quæ necessaria sunt ad vitæ suæ conseruationem inuenire; Inde nec vxorem in dicto casu compellere voluit iudicium.

An cum eo  
coniunctum  
sit ius casti-  
gandi?

§. VIII. Dicendum hic etiam est, an Imperium matri, etiam ius castigandi inuoluat, & an illa castigatio etiam ad verbera extendi possit? Nolo hic varias Doctorum sententias eorumque argumenta recensere, cum circa principia tantum generalia sim sollicitus. Itaque dicam, quid sentiam? scilicet, distinguendum primo est inter statum *naturalem* & statum *civilem*. Illo in statu, vbi magistratus non est, ius castigandi habet maritus, sed tamen, accurate loquendo, non vt maritus, sed vt caput familie: quo respectu in statu naturali & criminale iurisdictionem in vxorem, & totam familiam habet. Sed in statu ciuili

Ciuii puto negandam esse questionem, quoad utrumque membrum. Nam ius castigandi semper presupponit potestatem in personam, & ita non inest imperio mariti sed tantum imperio seu potestati patris vel domini. Non quidem, quantopere virgeatur, esse tamen hoc societatem inaequalem, velut inter superiorem, & inferiorem, unde etiam nonnulli distinguunt inter potestatem dominicam patriam & maritalem; ait respondeo, non tamen tanta est inaequalitas, quam quae est in societate herili & paterna & sic illa distinctio sua sponte corruit, tanquam primis iuris principiis contraria. Imo si consideramus imperium hoc, prout illud describit Apostolus *Eph. V. 22. seqq.* videbimus inaequalitatem admodum exiguum esse. Quando enim ibi prius de imperio mariti egit *v. 22. 23. 24.* postea *v. 25. seqq.* statim maritis pluribus adhuc verbis intungit, quod debeant vxores diligere tanquam propriam carnem & eodem amore, quo se ipsos, prosequi: vocantur coniuges una caro. Ex quibus omnibus constat, imperium illud vix aliud quid quam solam directionem inuoluere; ad minimum non posse hic locum habere eiusmodi coercionem duram, de quaid intelligunt dissentientes; quis enim se ipsum duriter tractabit? quis se verberibus excipiet? et si quid mali admirerit. Ast vxorem oportet diligere, ut se ipsum. Si dixeris, ita pessime agi causam maritorum? Respondeo, non omnes vxores resistunt voluntati mariti, & sicuti tales sint, magistratus auxilium implorandum.

§. IX. Sequitur nunc, ut etiam de iure, quod specialiter vxori competit, agamus; Est autem hoc praecipue participatio iurium & privilegiorum mariti. Nulla enim res esse debet, tam diuini quam humani iuris, cuius vxor non

Participatio  
iurium ma-  
riti.

non fiat particeps *L. i. ff. de Ritu Nupt.* Vnde vxor vocatur ab Imp. in *L. 4. C. de Crim. expil. hered. socia rei humanae* atque diuinæ domus: quo pertinet quod eiusdem cum marito parochie sit subiecta, eiusdemque ecclesie commodis fruatur. Vnde & vsus sepulchri mariti ad eam pertinet. Humani iuris particeps fit, dum forum & domicilium mariti sequitur *L. 65. ff. de Iudic. L. 19. ff. de Iuridict.* eiusdem dignitatis & familie particeps fit *L. 8. ff. de Senat. L. 13. C. de Dignit. lib. 12.* Quo spectat prouerbium in *Nou. 105. s. 2.* vxores coruscant radiis maritorum. Vnde & ignobilem a nobile ductam nobilem fieri statuunt Dd. vid. Carpz. *Iurispr. Consist. l. 2. d. 11.* quia in *L. 9. C. de incol.* legitur: *mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus.*

**Officium  
mariti ad de-  
fendendam  
vxorem.**

§. X. Pertinet quoque ad iura specialia vxoris, quod maritus, eam non modo alere, vt iam supra dictum *Cap. I. §. XIX.* sed & defendere teneatur. Defensionem intellico non tantum iudiciale, sed & extra iudiciale. Quod illam attinet, vxori non permittitur desiderium suum apud iudicem exponere, vel alterius desiderio cotradicere per *L. i. §. 5. ff. de Postulando.* sed eorum causa a marito tractandæ. Quare & in quibusdam locis maritus fit feminæ curator legitimus, vt in Saxonia moris est, vbi propterea maritus vocatur: *Ein ehelicher Wormund.* Defensionem hancce quoque innuit *L. 2. ff. de Iniur.* ibi: *Quod si viro iniuria facta sit, vxor non agit: quia defendi vxores a viris, non viros ab uxore aequum est.* Quod extra iudiciale attinet, non est dubium, virum obligatum pariter esse, vt protegat, & defendat vxorem contra omnia mala, quæ ipsi villo modo obuenire possunt.

**In foro in-**

§. XI. Vidimus potiora iura & effectus, qui ex matri-

triamonio rite contracto prouenient, in foro externo. terno ope-  
 Nunc videamus, quosnam effectus producat matrimonium, ordine & iuste secundum voluntatem Dei contra-  
 etum, in foro interno. Vt autem supra primo loco men- ratur  
 tio facta indissolubilitatis, quae ex unitate carnis nascitur, (1) Longe ar-  
 & in lege diuina fundata; ita si matrimonium praescripto etius & ma-  
 modo initum, longe arcu*s* vinculum inter coniuges gis indisso-  
 operatur. Cum inter hos coniuges non modo sit unitas lubile vincu-  
 carnis, sed & unitas spiritus; que longe arctior est quam lum.  
 illa. Illud vinculum indissolubile, quod ex iure externo monogam  
 nascitur, tantum obseruatur ex obedientia erga legem; ratio 1.1  
 multi coniuges se separarent, si modo legibus non prohibitum ratio 1.2  
 esset. Sed si vera etiam & spiritualis unitio est inter ratio 1.3  
 coniuges, haec intimo eos amore ita constringit, ut nullo ratio 1.4  
 modo vinculum illud rumpi patientur. Insuper ratio 1.5  
 iis, qui dissidia inter eos excitare, aut turbare amorem illum ratio 1.6  
 coniugalem annuntiuntur, omnibus viribus coniunctim ratio 1.7  
 se opponunt. Vid. Dn. Praef. *diss. de Iure & Orig.*  
matri. c. 2, §. 15. & 22.

§. XII. Porro inter iura ex matrimonio in foro ex- (2) Plenissi-  
 terno resultantia est mutuum consortium & adiutorium. mutum consor-  
 Sed hoc etiam hoc casu longe perfectius est. In foro ex- tium non  
 terno sufficit, si in rebus ad hanc vitam pertinentibus con- tantum cor-  
 iuges sibi praestent mutuum auxilium, quod non raro et porum sed &  
 iam coacte tantum & ex necessitate legis faciunt. Verum spiritus.  
 in hoc matrimonio vbi coniuges non modo carne sed &  
 spiritu uniti sunt, non tantum in omnibus negotiis tem-  
 poralibus sibi inuicem adiumento sunt, & omnia quae iis  
 obueniunt æqualiter ferunt, sed & in fide & pietate, vbi  
 unus alterum ad verum Dei cultum excitat, in aduersis so-  
 latur, gaudet cum gaudente, contrastatur cum triste, &

coniunctis precibus Deum adorant Vid. Dn. Præf. diff. de  
fine matrim. §. 14. & 27.

(3) **Maiorem**  
ad officia sibi sibi inuicem coniuges obligantur, ex longe altiori prin-  
inuicem pre-  
stanta obli-  
gationem.  
§. XIII. Deinceps officia quoque illa mutua ad que  
principio præstantur, ut adeo maior quoque exinde nascatur  
obligatio, quam vllalege obtineri potest. Vbi enim ma-  
trimonium tantum in foro externo iustum est, ibi qui-  
dem alter alteri ad debita officia obligatur, vt refrætarius  
ad id cogi & quandoque per iudicem compelli possit. Ast  
in matrimonio secundum requisita in foro interiori inito,  
longe maior & intensior adest obligatio. Dum eiusmo-  
di coniuges, memores illius mysterii magni, cuius figura  
est matrimonium, oninia quæ ipsis incumbunt officia, ex  
vero timore & amore Dei, sibi inuicem sponte & sine vlla  
legis coactione præstant: semper intenti ad illud exem-  
plar, quod ipsis præscribit Apostolus Epist. ad Ephesios cap.  
V. v. 22. seqq.

(4) **Fucit**  
**Imperium**  
**mariti.**  
§. XIV. Quod vt specialius explicetur, respicien-  
dum ad modo citatam doctrinam Apostoli, tanquam ad  
normam. Is vero ad Ephes. V. v. 22. 23. 24. exponit Imper-  
rium mariti his verbis: *Mulieres propriis viris subiiciantur,*  
NB. tanquam domino. *Quia maritus est caput uxoris, NB. sicut*  
*etiam Christus caput est ecclesie.* Ino sicut ecclesia subiicitur  
*Christo, sic etiam uxores proprii maritis in omni re.* Quo  
ipso imperium mariti mirifice fulcitur, dum vxor non  
tantum propter legem, sed & propter Deum marito subi-  
iecta esse debet: adeoque cum vxor vero ergam Deum  
feratur timore, & amore, hoc quoque officium non coa-  
cte sed sponte marito præstat. At ne illo sibi concessio  
Imperio abutatur maritus, immediate præcedentibus  
subiicit Apostolus v. 25. 26. 27. 28. *Mariti diligite vxores*

& temperat.

vestras sicut etiam Christus dilexit ecclesiam, & se ipsum tradidit pro illa; ut sanctificaret illam, ut mundaret lauacro aquae in verbo. Ita ut sisseret eam sibi ipsi splendidam ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam aut quicquam talium. Sed ut sit sancta & irreprehensibilis. Sic debent mariti diligere suas vxores, ut sua corpora. Qui diligit suam uxorem, se ipsum diligit. Quo ipso clarissime ostenditur, non debere eius imperium in villa consistere atrocitate, sed in amore sincero sive acerbitate, sine rancore animi. Imo dixerim cessare Imperium, vbi vterque coniugum ex toto corde Deo inseruit, sponte enim & sine imperio sic vxor voluntatem mariti sequitur, ergo, quod iubeat, quod imperet, non habet. Praesupponit imperium coactionem, & tales personas, quae alias, quod imperans vult, non facit; vbi vero id subiectus proprio motu agere paratus est, tantum declaratione voluntatis, non Imperio opus est. Imo eiusmodi maritus nec deerit consilia uxoris sequi, eiusque voluntatem facere, cum illa nihil iniusti sit desideratura, nec tamen propterea si hoc faciat maritus, dici poterit imperio vxoris subiectus.

§. XV. Verum ex verbis modo allatis, quibus Auger of. v. 25. dicitur, quod Christus tradiderit se pro ecclesia, & ficium mariti sequentibus v. 29. & 30. Nemo enim unquam suam carnem in alenda & defendenda odit sed nutrit & sovet illam: sicut etiam Dominus ecclesiam; vxore. quia membra sumus corporis ipsius, ex carne ipsius, & ossibus ipsius, id quoque demonstratur, quod maritus teneatur vxorem alere, nutritre, contra omnem iniuriam aliorum defendere & souere. Quo ipso illa obligatio, quae alias etiam in foro externo ex matrimonio fluit, eo arctior & efficacior fit.

§. XVI. Sed & hoc ex matrimonio iuste & secundum (6) In iustum  
I 3 Dei

ordinem re- Dei voluntatem contracto fluit, quod alterum finem, pro-  
 digit procre- creationem sobolis in iustum ordinem redigat. Ita vt  
 ationem fo- non ideo studeatur procreationi sobolis, vt familia con-  
 bolis. seruetur, vt nomen etiam posteris innotescat, sed vt libe-  
 ros habeant, quos ita educare possint, vt vero timore Dei  
 imbuti, capaces aliquando reddantur gloriam potissimum  
 Dei, & deinceps proximi etiam cominodum amplissime  
 promouendi. vid. Dn. Praes diff. de Fine Matrim. §. 21. &  
 28. Deinceps ipsa quoque procreatio liberorum benedi-  
 cta est, & a peccato libera. Ita Augustinus, de Peccato  
 Originali, Lib. 2. cap. 38. postquam cap. 37. dixerat, vxore  
 non vtendum esse libidinis causa sed ad procreandos li-  
 beros; huic tamen etiam coniunctam esse maledictionem  
 primis parentibus factam, quae in liberos propagatur, il-  
 lam tamen per parentum regenerationem tolli posse, haec  
 verba habet; tametsi propter corpus mortis, quod nondum  
 est resurrectione renouatum, sine quodam bestiali motu, de  
 quo natura erubescit humana, non potest fieri, tamen ipse con-  
 cubitus non est peccatum. Pertinet huc locus Pauli 1. Ti-  
 moth. II, 15. vbi de vxoribus dicit: saluabuntur per genera-  
 tionem liberorum, NB. si manserint in fide, & charitate, &  
 sanctitate cum modestia. Et Clemens Alexandrinus 1. 3.  
 Stromat. p. 445. Eorum, inquit, qui sanctificati, sanctum quo-  
 que ut puto semen est. Ac nobis quidem esse debet sanctifica-  
 tus non solum spiritus, sed & mores, & vita, & corpus.

(7) Infinita  
 post se trahit  
 & commoda.

§. XVI. Quodsi denique perpendamus, quod eius-  
 modi coniuges, qui ira in domino hoc negotium inchoa-  
 runt & consummarunt, vti loquitur Apostolus 1. Cor. VII,  
 39. capaces sint benedictionis diuinæ, quam Deus priuis  
 parentibus & omnibus eorum descendantibus, si  
 iusto ordine, & secundum eius voluntatem matrimonij  
 um

um contrahant, dedit, & quanta bona tam spiritualia quam temporalia inde dependeant, facile patet, infinita adhuc alia commoda ex tam iusto & sancto matrimonio descendere, quæ hic omnia exprimere nimis prolixum foret. Remitto vero lectorem ad ea quæ hac de re tradidit, Dn. Praef. *Diss. de Iure & Instit. matr. Cap. 2. §. 24. & seqq.*

§. XVII. Ut vero hæc, quæ de qualitatibus persona-  
rum internis, vt & de iuribus & prærogatiis; quæ ex tur tesi-  
matrimonio secundum institutionem diuinam, & vo-  
luntatem Dei contracto fluunt, eo magis confirmantur & Scripturæ  
stabiliantur, colophonis vice, locum ex Tertulliano, & de Sacra.  
incept plura ex sacro codice adducam: hæc tamen in ger-  
manico idiomate cum maiorem habeat empha-  
sin, quam latina versio vulgata: quandoque & aliorum  
versionem fontibus magis conuenientem, parenthesi in-  
clusam, adiiciam. Ita vero Tertullianus *l. 2. ad Vxor Cap.*  
*vli.* hac de re differit. *Quale ingum fidellum, duorum unitus*  
*spiei, unius voti, unius discipline, eiusdem seruitutis?* Ambo  
fratres, ambo conserui, nulla spiritus carnis discrecio, at-  
quin vere duo in carne una. *Vbi caro una, unus & spiritus.*  
Simul orant, simul voluntantur, & simul ieunia transfigunt, al-  
terutro docentes, alterutro horantes, alterutro sustinentes.  
In ecclesia Dei pariter utriusque, pariter in conuicio Dei, pari-  
ter in angustiis, in persecutionibus, in refrigeriis. Neuter  
alterum celat, neuter alterum virat, neuter alteri grauis est.  
Libere æger visitatur, indigens sustentatur. Eleemosynæ sine  
tormento, sacrificia sine scrupulo, quotidiana diligentia sine  
impedimento. Non furtiva signatio, non trepida gratulatio,  
non mutua benedictio. Sonant inter duos psalmi & hymni, &  
mutuo prouocant, quis melius Deo suo cantet. *Talia Chri-*  
*sus videns & audiens gaudet.* His pacem suam mittit. *Vbi*  
*duo*

*duo ibi & ipse. Vbi & ipse ibi & malus non est. Hec sunt que Apostoli vox (1. Cor. VII, 39. in domino nubat) illa sub breuitate intelligenda nobis reliquit. Hec tibi suggere si opus fuerit. His te ab exemplis quarundam reslede. Non licet aliter fidibus nubere, non expedit.*

Psalmo CXXVIII, 1. Wohl dem der den HErrn fürchtert und auf seinen Wegen wandelt.

2. Du wirst dich nähren deiner Hände Arbeit/ wohl dir (du wirst wohl glücklich seyn) du hast es gut.

3. Dein Weib wird seyn wie ein fruchtbarer Weinstock um dein Haus herum/ deine Kinder wie die Oehl-Zweige um deinen Fisch her.

4. Siehe also wird gesegnet der Mann der den HErrn fürchtert.

5. Der HErr wird dich segnen aus Zion/ dass du sehest das Glück Jerusalem dein lebenlang.

6. Und sehest deiner Kinder Kinder Freude über Israel.

Prou. XI, 16. Ein holdselig Weib erhält die Ehre/ (hält die Ehre fest) aber die Tyrannen erhalten den Reichthum (gleichwie die Gewaltigen den Reichthum fest halten.)

Prou. XII, 4. Ein fleißig (klug) Weib ist eine Krone ihres Mannes/ aber eine unfrüchte (die ihn beschämt oder schändet) ist ein Eiter in seinem Gebeine.

Prou. XIV, 1. Durch weise Weiber wird das Haus erbauet/ eine Närin aber zerbricht mit ihren Thun.

Prou. XVIII, 22. Wer eine Ehe-Frau findet der findet was gutes/ und kan guten Dinge seyn im HErrn.

Prou. XIX, 14. Haus und Güter erben die Eltern/ aber ein vernünftig Weib kommt vom HErrn.

Prou. XXXI, 10. Wem ein tugendsam Weib bekehret ist, der ist viel edler als (wessen Kostbarkeit übertrifft) die kostlichsten Perlen.

11. Ihres Mannes Herz darf sich auf sie verlassen/ und Nahrung wird ihnen nicht mangeln.

12. Sie

12. Sie thut ihm Liebes und kein Leydes sein lebenlang.
13. Sie gehet mit Wolle und Glachs um/ und arbeitet gerne mit ihren Händen.
14. Sie ist wie ein Kauffmanns Schiff/ das seine Nahrung von ferne bringet.
15. Sie siehet des Nachts auf/ und giebt Futter (Speise) ihrem Hause/ und essen ihren Dirnen.
16. Sie dencket nach einem Acker/ und kaufft ihn/ und pflanzet einen Weinberg von den Früchten ihrer Hände.
17. Sie gürter ihre Lenden fest/ und stärcket ihre Arme.
18. Sie mercket/ wie ihr Handel frommen bringet/ ihre Leuchte verlöschet des Nachts nicht.
19. Sie strecket ihre Hand nach dem Rocken/ und ihre Finger fassen die Spindel.
20. Sie breitet ihre Hände aus zu den Armen/ und reicht ihre Hand dem Dürftigen.
21. Sie fürchtet ihres Hauses nicht vor dem Schnee/ denn ihr ganzes Haus hat zwiefache Kleider.
22. Sie macht ihr selbst Decken/ weisse Seiden und Purpur ist ihr Kleid.
23. Ihr Mann ist berühmt in den Thoren/ wenn er sitzt bey den Aeltesten des Landes.
24. Sie macht einen Rock und verkaufft ihn/ einen Gürtel giebt sie dem Krämer.
25. Ihr Schmuck ist/ daß sie reichlich und fleißig ist/ und wird hernach lachen. (Sie lacht über den kommenden Tag.)
26. Sie thut ihren Mund auf mit Weisheit/ und auf ihrer Zunge ist holdselige Lehre.
27. Sie schauet wie es in ihrem Hause zugehet/ und isset ihr Brod nicht mit Faulheit.
28. Ihre Söhne (Kinder) kommen auf/ und preisen sie/ ihr Mann lobet sie.
29. Viel Döchter bringen Reichthum/ Haben tugendhaft gehandelt du aber übertrifft sie alle.

30. Löblich und schön seyn ist nichts/ (betrüglich und eitel) ein Weib das den HErrn fürchter soll man loben.

31. Sie wird gerühmet werden (gebet ihr) von den Früchten ihrer Hände/ und ihre Werke werden sie loben in Thoren.

Sirach, XXV, i. Drey schöne Dinge sind die GOTT und den Menschen wohl gefallen: van Brüder eins seynd/ und die Nachbarn sich lieb haben/ und Mann und Weib sich mit einander wohl begehen.

Sirach, XXVI, i. Wohl dem der ein tugendsam (frommes) Weib hat des lebet er noch eins so lange.

2. Ein häuslich (männlich) Weib ist ihrem Mann eine Freude/ und macht ihm ein sein geruhig Leben.

3. Ein tugendsam (fromm) Weib ist eine edle Gabe/ und wird dem gegeben/ der GOTT fürchter.

16. Ein freundlich Weib erfreut ihren Mann/ und wenn sie vernünftig mit ihm umgehet/ erfreuet sie ihm sein Herz.

17. Ein Weib das schweigen kan/ verschwiegen und wohlgesinnet ist/ ist eine Gabe GOTRES.

18. Ein wohlgezogen Weib ist nicht zu bezahlen.

19. Es ist nichts lieber's auf Erden/ denn ein züchtig Weib.

20. Und ist nichts kostlicher's denn ein keusches Weib.

21. Wie die Sonne/ wenn sie aufgegangen ist/ in den hohen Himmel des HErrn eine Zierde ist. Also ist ein tugendsam Weib eine Zierde in ihrem Hause.

22. Ein schön Weib das fromm bleibt/ ist wie die helle Lampe auf den heiligen Leuchter.

23. Ein Weib das ein beständig Gemüth hat/ ist wie guldne Perlen/ auf den silbern Stühlen.

#### Nach andern Editionen

v. 28. Ein Weib die ihren Mann ehret/ wird vor iederman weise erscheinen. Die ihn aber verunehret/ wird von allen/ als gottlos in Hochmuth/ erkandt werden.

29. Eines frommen Weibes Mann ist selig/ denn seiner Jahre Zahl wird doppelt seyn.

Sirach.

Sirch. XXXVI, 24. Eine schône Frau erfreuet ihren Mann/  
denn man hat nichts liebers.

25. Wo sie dazu freundlich und fromm ist/ so findet man  
des Mannes gleichen nicht.

26. Wer eine Haush-Frau hat/ der bringet sein Guth in  
Haush/ und hat einen treuen Gehülfen/ und eine Säule der er sich  
trosten kan.

Contra vero quam tristes effectus habeat matrimonium,  
quod peruerso ordine contractum, videré est ex se-  
quentibus locis: Proverbiorum XXI, 9. 19. XXVII, 15. 16.  
Sirach. XXV, 21. - 34. XXVI, 8. - 12.

§. XVIII. Potuissent plura adhuc adduci testimonia,  
sed hæc pro scopo nostro sufficere poterunt. Interim de <sup>Conclusionis</sup>  
effectu matrimonii si quis speciliova scire cupiat, poterit  
conferre ea quæ habet Gerhardus *loc. theol. de Coniugio* §.  
427. seqq. qui & in proemio, §. 5. quam sanctum & hono-  
rabile sit matrimonium, maxime piorum, quanta fruan-  
tur gratia & benedictione diuina, eleganter & egregius te-  
stimoniis confirmat. Ego vero hic vela contraho, & Deo  
optimo maximo æternas decerno grates, quod diuina sua  
gratia mihi adesse, studiaque mea hucusque dirigere cle-  
mentissime voluerit. Faxit ille, vt hæc etiam, quæ hic  
scripsimus, in ipsis diutini nonminis gloriam, & proximi  
tendant emolumentum; in quem finem & mea  
studia in posterum ei submississime  
commendo.

## SOLI DEO GLORIA.

De Cetero Benevolus Lector pro humanitate sua errata typographica  
corrigat v. g. p. 1. Lin. 4. Legat utroque iure. p. 20. L. 24, pro voce: Nam;  
at. p. 25. Lin. 5. post Nov. 98. vers. & post voc. attende, responderet. p. 31. Lin.  
12. habeantur &c. &c.

PRAECLARISSIMO  
DN CANDIDATO

S. P. D.  
PRAESES.



Vm publicum nunc & solenne  
edis specimen inaugurale, &  
simul abitum ex nostra paras  
Fridericana, Nobilissime Can-  
didate, non potui ita in silen-  
tio Te dimittere. Meretur  
enim singularis modestia Tua, merentur aliae vir-  
tutes, quibus Te bonis omnibus commendas, ut  
publice prædicentur. Nec enim sedulo tantum  
summa diligentia studiis operam nauasti, sed &  
abstinuisti ab inutilibus, & selegisti ea quæ necef-  
faria fuit, atque in ipsis rerum obtinent argu-  
mentis. Testis huius rei est præsens dissertatio,  
quam proprio marte, intra exiguum temporis  
spatium, erudite & solide conscripsisti. Exhibes  
ita clarissimum specimen & prompti ingenii, &  
acuti iudicij Tui; dum ex iis omnia deduxisti  
principiis, quæ a plerisque scriptoribus negle-  
cta.


Ita. Evidem non Tibi deerunt iniqui cento-  
res, sed hoc vitium huius seculi est, quod facile  
ea, quæ non ad vulgi palatum sunt, perstringant.  
Ast saniores longe aliud hac de re sentient. I-  
taque macte animo, Clarissime Candidate, per-  
ge hanc, quam coepisti, virtutis viam strenue  
ambulare, Deum semper ob oculos habe &  
veræ iurisprudentiæ studio Te totum consecra.  
Ita Deus Tibi ex alto benedicet, vires etiam, a-  
nimi pariter & corporis, concedet, vt & diuini  
ipsius nominis gloriam, & utilitatem reip. in  
partibus Tibi concreditis feliciter promouere  
possis, Quæ summa meorum votorum est. Vale,



**S**chwarther Herzengreund/ vergönne daß wir schreiben/  
Wo von man unser Herz jetzt übersießen sieht/  
**D**ie Freundschaft heißt es/ die Liebe will uns treiben/  
Da nichts als Ehren-preis um deine Scheitel blüht.  
Der Früling zeiget sich/ der Winter eilt zurück/  
Man sieht vor Eis und Schnee ein Blumen-reiches Feld/  
Die Sonne schencket uns die angenehmsten Blicke/  
Was unsre Sinnen läbet das hat sich eingestellt;  
Von diesen lieblichen und schönen Frühlings-Tagen/  
Fällt dir Geheirter Schooff/ zugleich der Sommer ein/  
Da du vor Schwitz und Fleiß kaum Ehren-früchte tragen/  
Die nach der sauren Müh dein süßes Erndten seyn/  
Drey Schulen rühmen dich und dein galantes Wesen/  
Minerva heißt dich Sohn/ Astrea Eigenthum/  
Weil du in ihrer Flur der Klugheit Gold gelesen/  
Das uns Vergnugung schenkt/ die aber Glück und Ruhm.  
In Duisburg blühen noch die Lorbern deiner Ehren/  
Wo du den schönen Grund zur Weisheit hast gelegt/  
In Jena wird man dich noch lange rühmen hören/  
Wo du der Themis Salz dir rühmlichst eingeprägt.  
Und weil die dritte Zahl absonderlich vollkommen/  
So nahm dich auch hierauf Fridriciana an;  
Hier hast du nun an Wit und Rechten zugewonnen/  
Dass dich Haline nun mit rechte fröhnen kan/  
Du hast der Klugheit Salz begierig eingesogen/  
Das reinen Perlen gleich aus ihren Drumen quillt/  
Du hast der Künste Schag geliebet und erwogen/  
Und dein gesuchtes Haupt mit diesen angefüllt.  
Drum nimm den Purpur-Hut/ nimm an das Gold der Ehren/  
Womit dir Saal-Athen dich jetzt sowohl bedenkt/  
Durch diese soll dein Glück/ dein Ruhm sich täglich mehren/  
Dir wird zum Labfal dir vor saure Müh geschenkt.  
Ergöze deine Brust nach ausgestandner Mühe/  
Steigl da dein Ephor steigt/ vergniglich in die Höh;  
Haline rüst mit uns: Sey glücklich/ wachse blühet/  
In ungezelter Zahl wie eine Alde.  
Es bringe dir das Feld der Ehren tausend Früchte/  
Den weises Capital dir reiche Zinsen ein;  
Und was du defendirtest den Musen im Gesichte/  
Das müsse bald an dir nach Wunsch erfüllt seyn.

Hiemit wolten schuldigst gratulieren  
**Einstige gute Freunde und Landesleute.**





Halle, Diss., 1710 S

ULB Halle  
003 768 961

3



SB

1710 S

Vd18





B.I.G.

#13

Farbkarte



D. B. V.  
DICA INAVGVRALIS  
DE  
E ET IVRE  
NARVM  
MONIVM  
HENTIVM,  
NIFICENTISSIMO,  
NCIPE AC DOMINO,  
O WILHELMO,  
SIAE DVCAT. MAGD.  
ET RELIQUA  
RIS ICTORVM ORDINIS  
ESIDE  
LE STRYKIO, IC.  
XO-ISEN. CONSIL. AVL.  
COLL. IVR. h. t. DECANO  
CENTIA  
QUE IVRE HONORES  
EQVENDI  
A. R. S. MDCCX.  
ORIO MAIORI  
& pomeridianis  
orum disquisitioni  
bmitit  
CTOR  
TIVS SCHOOFF,  
WESTPHALVS.  
RIST. HENCKELII, Acad. Typogr.